



**Opera Ioan. Goropii Becani, hactenus in lucem non edita :  
nempe, Hermathena, Hieroglyphica, Vertumnus, Gallica,  
Francica, Hispanica.**

<https://hdl.handle.net/1874/424371>

# FRANCIACA

IOANNIS GOROPHII

BECANI.



ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini  
Architypographi Regij.

clō. Io. LXXX.

F R A N C I A

I O A N N I S G O R O P I I

B E C A N I



A N T V E R P I A

Ex officio Christophori Plantini  
Archicypographi Regij.

cl. l. lxxx.

A D  
S E R E N I S S I M V M  
E T C H R I S T I A N I S S I M V M  
R E G E M H E N R I C V M I I I .  
F R A N C I Æ E T P O L O N I Æ .



V M I N M A N I B V S  
meis varia opera Ioannis Go-  
ropij Becani essent, Christia-  
nissime Rex, quibus cogita-  
bam dare lucem; visa mihi  
est peropportuna occasio de-  
clarandi animi mei studiique erga potentissimum  
regem. Teneo enim memoria & æternùm te-  
nebo, heroicam illam & insignem liberalitatem  
animi: qua me post cladem Antvverpiensem  
Lutetiam venientem M. Tua ita est complexa,  
vt vltro ac sponte honestissimũ mihi Typogra-  
phi Regij munus detulerit, cum descriptione  
stipendij priuilegiorumque liberali & vltra vo-  
tum. Quod beneficium nisi maximi æstimem,  
stultus sim: & nisi agnoscam prædicemque, in-  
gratus. Itaque libenter & meritò, cùm Francica  
Io. Becani, viri dum vixit magni, vulgarem: titu-  
lo ipso admonitus, opus hoc mittendum censui  
ad magnum Francorum Regem. Confido au-

tem & opere ipso delectatum M. T. iri, in quo  
multa nec protrita sunt de origine celeberrimæ  
gentis: & certè animum meum gratum illi fu-  
turum. qui pro copia opibúsq; testatum re-  
linquere deuótum studium suum & beniuo-  
lentiam voluit. Deus opt. max. Maiestatem T.  
cum regno incolumes tranquillósq; conseruet.

meis variis operibus Iohannis Go-  
topij Beccani essent, Christus  
nizime Rex, quibus cogita-  
tione M. T. Me



*seruus humillimus*

*Christoph. Plantinus.*

est peroppositum occasio de  
clarandi animi mei studij. ergo potentissimum  
et munitis & eternum te-  
nem, hericam illam & insignem liberalitatem  
animi: que me post cladem Antuerpiensem  
I. lucem venientem M. T. uia ita est complexa,  
ut vtro ac sponte honestissimè mihi Typogra-  
phi Regij manus detulerit, cum descriptione  
liberendi privilegiorumque liberali & vltis vo-  
lunt. Quod beneficium nisi maxime estimem,  
stultus sum: & nisi agnoscam prebendam, in-  
gratus. Itaque libenter & merito, cum Francis-  
co Beccani vultu vixit magni, vulgarem: tunc  
lo ipso aduocatus, opus hoc mittendum censui  
ad magnum Francorum Regem. Coniuncto su-  
tem

# INDEX RERVM

## ET VERBORVM

IN

### FRANCICA.



**A.**  
 Chillis insignia. 92  
 Arht. 86  
 Egidius Romanæ militiæ præfectus, à Francis rex salutatus, &c. 65. pellitur à Childerico. ibid.  
 Aëtius exercitui Gallicano præfectus à Valentiniano. 63. eius cum Meroueo pugna. ibid. eius auxilia contra Attilam. 64, & seq. victoria. 65. mors. 65  
 Agrippina Colonia. Vide Colonia. 86  
 Alani Vandalis subueniunt. 61  
 Aldegundis. 89  
 Alexander famosus latro totius Asia. 15. Sogdianam diripuit, & Branchidarum gentem delet. 15, & sequent.  
 Allemania subiugata à Gallis. 46. subiugata à Clodoueo rege Franc. 65, 66  
 Allemanni à Iuliano fugati, &c. 43  
 Allemannorum triginta millia caesa ductu Mallobaudis. 58  
 Allemanorum & Burgudionum termini. 44, 45  
 Als. 46  
 Amaracus duplex. 96  
 Amarus, a, um. 74  
 Amazonum mariti, Franci siue liberi Scythæ. 23  
 Ambiorix. 86  
 Amelberga. 89  
 Ammianus Marcellinus, vnus ex iis qui Siluanum Constantij iussu occidi curarunt. 41  
 A'vaβōλαα. 49  
 Anax vnde & cur dictus Apollo. 86.  
 Anaces dicti Castor & Pollux. 86  
 Ance. 84  
 Ancker. ibid.  
 Ancona, teli genus. 83, & seq. 84, 85  
 Ancora. 84  
 Andinum monasterium. 90  
 Angelre vicus. 32  
 Anger fl. ibid.  
 Angeren vicus. ibid.  
 Anglicanus limes, dicta Antuerpiana Marca. 81  
 Angriuarij. 31, 37  
 Angriuarij postea dicti Ansibarij. 32, & sequent. 37  
 Angriuarij dicti Franci. ibid.

Angriuarij Francorum nomen omittunt. 32. idem optima ratione resumunt. 33, 35  
 Angriuariorum in Germaniam aduentus, &c. 32  
 Anse. 89  
 Ansegisus, Caroli cui à breui naso cognomen datum, filius. 89.  
 Beggæ maritus. 90. limitis Antuerpiani comes, à Romanis ad Francos primus defecit. 89. eius genealogia; 90. eius mors. 90  
 Ansegisi vnde dicti. 89  
 Ansesteden. ibid.  
 Ansibarij. 31, 37  
 Ansibarij & Angriuarij, iidem sunt. 32, 37  
 Ansibarij dicti Franci. 37. Francorum nomen omittunt. 32. quando vetus Francorum nomen resumpserint. 33, 35  
 Ansibarij Franci ad Oceanum vsque limites promouerunt, occupatis inter Batavos & Frisios campis, &c. 35, & sequent.  
 Ansibarij Bructeros excidunt. 33 & sequent.  
 Ansibariorum excidium. 32  
 Ansibarij socia arma iungunt Chamau. 35  
 Ansuarij siue Ansuarij &c. 30  
 Antuerpiana marca. 81  
 Antuerpiani limitis amplitudo, & præfectorum successio. 88. eius præfectura Vitloni in dotem data. 88  
 Aper. 78  
 Apollo vnde dictus, &c. 20, 22  
 Apollo intonsus, regis exemplar. 86  
 Apollo cur & vnde *avaλ* cognominatus. ibid.  
 Apollo Didymæus. 22  
 Apollo Phileus. 20  
 Apollo theologicus Spiritus sanctus, physicus autem Sol dici potest. 20, & seq. 22, & sequent.  
 Apollinis varia nomina & significationes. 22, & sequent.  
 Apollinis nomen cui optimè conueniat. 20, & sequent. 22  
 Apollinis & Branchi fabula explicata. 20  
 Apollinem & Branchum hominibus futura prædicere comminiscuntur Branchidæ. 20  
 Ara Maxima Romæ à Nocho constituta. 105  
 Arbitrio, cum Theodosium oppugnatum venisset, ei fuit auxilio. 60

Arbogastes Francus, patriæ defensor & oppugnator, apud Romanos clarus. 59, & seq. eius potentia, & præclare gesta. 60. eius mors. 60  
 Arborichi qui, & vnde dicti. 61. & sequent. 62, & sequent.  
 Arborichi præcipui, Brabant. 62  
 Arborichi Romanis militant. ib.  
 Arborichorum duces, fuerunt Caroli Magni maiores. 88  
 Arborichis dati limites Antuerpiani tuendi. ibid.  
 Arma cur insignia dicantur. 92  
 Arnhem op. 54, 55  
 Arriana hæresis à Merouingis oppugnata. 90  
 Ascaricus vnde dictus. 39  
 Ascaricus Francorum rex à Constantino affectus supplicio. 39  
 Astyagis, patris Mandanes, somnium. 19  
 Arthuarij. 30  
 Attila Hunnorum rex, &c. 63, & sequent.  
 Attila contra Aëtium pugnat. 64, 65, & seq. vincitur in Campania Gallia. 65. ei liber è Gallia discessus permittitur. 65, & seq. eius regia. 63. eius gladius. 64  
 Auari, & eorum sedes. 29  
 Auentini insignia. 92  
 Augerius Boesbecanus Fläder. 14  
 Auitus. 32  
 Aureliani Francorum regno adiecti. 65  
 Aust. 81  
 Austria, siue Austrasia vnde dicta. 80  
 Austria dicta Francia Orientalis. ibid.  
 Autharius Francorum rex. 28

**B.**

Bactriana. 15, & sequent.  
 Bal. 78  
 Balu. ibid.  
 Baldus vnde dictus. ibid.  
 Balt. ibid.  
 Bar. ibid.  
 Barba & coma rafa olim indicium luctus, &c. 85  
 Barbæ & comæ laudes. 86  
 Barbæ & capillorum partem cur Franci tondere consueuerunt, sed non Rex. 87  
 Barbam & crines cur aluerint Francorum Reges, & Græcorum Philosophi. 85  
 † 3  
 Bass.

INDEX RERVM ET VERBORVM

Bafna Thuringorum Regina ad Childericum venit.	65	Bructeri cur vicinis Germanis ex- ofsi. 34. eorum excidium. 31, & fequent. 33, 34, & fequent.	Castel, Castrum Traiani.	43
Bafarnæ.	6	Bructetorum dittonis amplitudo.	Castellum opidum, Kessel; nunc pagus, &c. 43. obfidione ca- ptum à Iuliano.	42
Batauia superior.	53	33	Castrum Traiani.	43
Batauiam principio, ac deinde Brabantia & Flandria proxima partes tentarunt & subie- cerunt Franci. 39, & fequent.	29	Bun.	Catalanensis ciuitas.	65
Bauari vnde dicti, &c.	61	Bunichildis siue Brunoghildis vnde dicta. 75. eius crudelitas. ibid.	Catalani campi.	ibid.
Bauer.	78	Bucinobantes.	Catalanico prælio interfuerunt Franci. 64. numerus occifo- rum.	65
Becr. i. veris.	78	Bucteri.	Catri.	31
Begga in fratris Grimoaldi, à Clodoueo interfecti, possessio- nes admiffa.	90	Buffo qua occasione in Franco- rum insignibus putetur fuis- se.	Chamaui qui, & vnde dicti. 31, 34, 52. Anfibariis socia arma iungit. 35. à Iuliano victi. 106	43
Ber. i. vrfus.	78	Buffonis natura.	Chanaan erit feruus tuus &c. 106	
Bernardi nomenclaturæ ratio. ib.	4	Buffone insigni Francos nūquam fuisse vfos. 91, & fequent.	Charibertus.	75
Beramen.	4	Burghuizij.	Cherebertus.	ibid.
Berawue superior Batauia dicitur.	53	Burgundi qui & vnde dicti. ibid.	Chatelon.	65
Bab.	56	Burgundiones Vandalorū pars. 61	Childebertus quintus Vandalorū rex, dicendus Hildeber- tus.	69
Bodogastus.	ibid.	Burgundiones à Gothis pulsi suis terris. 45. quæ loca postea oc- cuparint.	Childericus dicendus Hildericus.	69
Boiocalus.	31, 32	Burgundionum & Allemanorum termini.	Childericus Francorum rex, Me- rouei filius. 65, 66. cur regno pulfus. ibid. restituitur in regnum.	65
Bol.	78	Burguziones.	Chilpericus, Hilpericus dicen- dus.	69
Boten.	ibid.	Bulactori.	Christus quando natus.	19
Bonitius Fracus, Sitiani pater.	41	C.	Chriftianiffimi cognomen conue- nit cum Franci nomine & li- liorum insignibus, &c. 107	
Boz.	61	C praefixum propriis regum Fran- corum nominibus, idem valet quod <i>Comit</i> ; id est, Rex. 70, & fequent.	Cimmeriorum varia nomina. 67, Cimmeriorum multa vocabula in Latia relicta.	100
Brabantii.	61, 62	Caius.	Claudius vnde dictus. 74. eius nummus.	94
Brabantorum signa militaria ean- dem habent cum Romanorum signis formam, &c.	62	Cameracum vsq. regnum promo- uet Clodius Francorum rex. 61	Clodius. 68, 69, & fequent. 74	
Brayyas.	9	Camp.	Clodius Cloto appellatus, id est, <i>Comit</i> <i>Lot</i> .	74
Brayx.	4, 5	Campania Gallia.	Clodius, Clodio, Clodius siue Clodio, Francorum rex. 61	
Branchus quis, & quo patre gen- tus.	8, 9, 16, & fequent.	Campen opidum.	Clodius Francorum rex impe- rium suum extendit ad Som- mam vsque.	63
Branchi & Apollinis fabula ex- plicata.	20	Campen. i. pugnare.	Clodomirus vnde dictus.	71
Branchi fabulæ origo prorsus O- gygia est.	17	Campus.	Clodoueus ab aliis Lodoiu, Lo- douic, & Ludouichus appella- tus.	69
Branchum futura dicere commi- niscuntur Branchidæ.	21	Capellatum regio.	Clodoueus Childerici filius.	65
Branchidæ.	16, & fequent.	Car.	ibid. nascitur. 65. eius res gestæ. ibid. Allemaniam subiugauit. 65, 66. Franconiã condidit. 66	
Branchidæ doctores.	20	Carl.	Clodouei insignia non fuisse dia- demata.	92
Branchidæ vltro templum suum cum omnibus thesauris tradi- derunt Xerxi Græciam inua- denti.	14, & fequent.	Caraulus à Maximiano occidi iuffus.	Clotarius idem quod <i>Comit</i> Lo- tarius.	68, 69
Branchidæ Sogdianam elegerunt sibi dari sedem. 15. & fequent.	20	Carbonaria filua.	Clothildis.	74
Branchidæ à vera religione ad su- perstitionem declinant.	20	Carioualdus dux Batauorum vn- de dictus.	Cloto appellatus Clodius.	ibid.
Branchidarum oraculum. 14, & fequent. 20, 21, & fequent.	14, & fequent. 20, 21, & fequent.	Carnorum ducis inauguratio.	Cnæus.	100
Branchidarum gens deleta ab Ale- xandro.	15, & fequent.	Carolingi.	Comit. i. carbones.	63
Branchidis oscula frequentata.	20	Carolingorum principia Antuer- piano limiti deberi.	Colonia Agrippina à Francis ca- pta, &c.	42
Braua banda.	88	Carolomanni natale solum Lan- dæ.	Comæ regis pars aliqua absciffa, Francis abominandum.	87
Braun qua occasione fictus. ibid.	4	Carolomanno Antuerpianus li- mes restitutus.	Com.	84
Brenci.	4	Carolus vnde dictus.	Confluentes.	42
Brennen.	ibid.	Carolus primus, cui à breui naso cognomen, Ansegisi pater, &c.	Coming vnde dictus.	85
Brenner mons.	ibid.	89	Constantinus Imp. Francos deu- cit.	25
Brenni.	ibid.	Carolus Magnus, Pipini parui fi- lius.	Constantinus duos Francorum reges bestis obiecit.	39, 40
Brennbergamum.	29	Caroli Magni laus, &c. 88. de eius natali solo, contentio. 88. eius maiores fuerunt Arbori- chorum duces.	Con-	
Brennus.	4, 5, 29	Carolus Martellus Pipini Herstal- li filius ex Alpaide, &c. 90. Francorum princeps nomina- tus. 90. eius res gestæ. ibid.	Con-	
Breuci.	4, 5	Carus, a, um.		
Breucomagus.	5	Casia duplex.		
Breuni.	4, 5	Cassel opidum.		
Brisgauia.	5			
Bristiacus mons.	5			
Britanniam vexant Franci.	38			
Broberomagum.	5			
Brecht.	5, 60			
Brocomagum.	5			
Bructeri.	26, 31, & fequent.			

Constantius Francis in Gallia se-  
des attribuit. 40  
Constantius Iulianum ad imperij  
societatem adsciscit. 42  
Corochus siue Crocus vnde di-  
ctus. 67  
Cram. 77  
Criones. 31  
Crotildis. 74  
Cuningundis. 77  
D.  
Dagobertus vnde dictus. 67  
Dagoberti regis Franc. praua in-  
doles. 89  
Deg. 67  
Degeheth. ibid.  
Dezhen. ibid.  
Didymæus siue Didumæus vnde  
dicatur. 22  
Didymæus Apollo. ibid.  
Didymæus recte potest dici No-  
chus. 22, & seq.  
Didymæum oraculum. 21, 22  
Didymæum templum. 16, 17  
Dien siue Dijen. 22, 77  
Diet. rje. ibid.  
Dispargum op. 30  
Dodonæum oraculum. 21  
Dus burg. i. Drusi castrum. 54, 55  
Dondracum. 81  
Duzerht. ibid.  
Drusus Rheni alueum auertere  
instituit, &c. 54  
Dus burg. 30  
Duisbergum in superiore Francie  
parte, sedes regni Clodij regis.  
61  
Duisbergi ad fines Thuringorum  
supremus Francie limes olim  
fuit. 73  
Dux quis dicatur. 40  
Dysporum op. 30  
E.  
Cimbrica vocis variaz significa-  
tiones. 105  
Eber. 78  
Eberdunum. ibid.  
Ebroinus vnde dictus. ibid.  
Een vel Eui. 86  
Eioneus Strymon dictus. 8, 10  
Eis i. vnus, vnde dicatur. 86  
Elpis i. spes, vnde dicatur. 99  
Elpis dicitur Iris. 97  
Emberrus. 89  
Ephippia veterum qualia fue-  
rint. 48  
Equestris disciplina præcepta a-  
pud Xenophontem. 48, & seq.  
Equestris ordinis dignitas apud  
Francos. 57  
Erf. 61  
Euer. 78  
Europa vnde dicta. 104, & seq. 107  
Europa Iapeti portio. 105  
Europa & trium litorum con-  
cordia. 104  
Euterpe vna Musarum, vxor Stry-  
monis, mater Rhœsi. 12, 13  
F.  
Faramundus vnde dictus. 67  
Faraulfus vnde dictus. 68  
Farum. 70  
Feminâ regnare nõ ferunt Frâci. 51

Fer. i. pulcher. 3  
Flandricus sermo in Cimbrica  
Chersoneso etiamnum hodie  
in vsu est. 25  
Fleuum castellum. 36, & seq. 53  
Fleuus fl. 53  
Fleuus vetus. 54  
Fleui vicus. 36, 54  
Fleuren vicus. 54  
Floboy, Fleui vicus. 36, 54  
Fons. 66  
Francesca, securis Francorû. 83, 84  
Francus. 1, 2, 3, & seq. 7, 8, 10,  
14, 18, 19  
Francus dictus Iapetus. 19, & seq.  
94, 104  
Franci nomini, cognomen Chri-  
stianissimi, & liliorum insignia  
conueniunt, &c. 107  
Franci nomenclatura vetustior est  
Troiana obsidione. 7, 10, 14  
Franci nomen est antiquissimum.  
3, & seq. 8. cur vni potius gen-  
ti quàm alij sit tributum. 23  
Franci, Vrancii dicendi. 2, & seq.  
Franci vnde dicti. 1, 2, 3, & seq. 19  
106  
Franci qui, apud veteres scripto-  
res. 1, 4  
Franci vnde genus ducant. 23  
Franci, Angriuarij dicti. 37. vide  
Angriuarij.  
Franci, Ansibarij dicti. 37. vide  
Ansibarij.  
Franci, Germani dicti. 7, 24, 25  
sub nomine Germanorum Ro-  
manis militarunt. 37  
Franci liberi dicti. 5, 6. cur ita  
dicti, & à qua libertate nomen  
acceperint. 2, 3, & seq.  
Franci, liberi Scythæ. 6, 7, & seq.  
Franci, siue liberi Scythæ ad Mæo-  
tim, Amazonum mariti. 23  
Franci Salij qui, & vnde dicti. 43  
47, & seq. 55  
Franci, Oceani accolæ, & Batauis  
proximi. 1  
Franci in Germaniam Oceano fi-  
nitimam commigrarunt, &c. 37  
& seq.  
Franci paullatim ex Asia & Mar-  
giana ad Tanaim & Mæotim  
deuenerunt, 36. fuerunt olim  
pars Cimmericorum, &c. 37  
Franci, Chaucorum pars non fue-  
runt. 36, & seq.  
Frâci & Sicâbri diuersi populi. 27  
Franci non fuerunt Troiani. 24  
eorum nomenclatura vetustior  
est Troiana obsidione. 7, 10,  
14, & sequent. ante bellum  
Troianum ad Mæotidem ha-  
bitarunt, 7. Troiano bello  
interfuerunt, 12. interfuerunt  
Catalanico prælio. 64  
Franci nonnulli sub nomine Ger-  
manorum, Romanis militarunt  
contra Catos, Marcomannos,  
Quados, &c. 37  
Franci Romanorû stipendiarij. 61  
Franci in Frisiz & Hollandiz lic-  
toribus primum Romanis in-  
notuerunt. 25

Franci domicilia & agrôs in Gal-  
lia accipiunt à Maximiano, & à  
Constantio. 40  
Franci quam partem Gallie pri-  
mum inuaserint. 37, 38  
Franci Senonas, Parisios & Aure-  
lianos regno suo adiungunt. 65  
Franci imperium suum ad Som-  
mam vsque extendunt, Clodio  
rege. 63  
Franci Alemaniam subiugant. 46  
Franci Germaniam populantur.  
58  
Franci Treuerorum ciuitatem oc-  
cupant, & direptam incendunt.  
61  
Franci Britanniam vexant. 38  
Franci cædunt Vandalos. 60  
Franci Taxandriam inuadunt. 43  
Franci Posthumo auxiliâres sub  
Gallieno Imp. 37  
Franci Iulianum obsident. 42  
Franci vincunt Romanos. 59  
Franci cum Gepidis pugnant. 64  
Franci Ansuarij à Iuliano deuicti.  
30  
Franci ab Aureliano pulsi. 37  
Franci deuicti à Constantio. 25  
Franci uicti in Anglia à Maximia-  
no, &c. ibid.  
Franci pulsi à Stilicone. 61  
Franci cæduntur à Romanis. 59  
Franci non ferunt feminam re-  
gnare. 51  
Franci equestris sellæ inuectores.  
47, & seq.  
Franci partem barbæ & capillo-  
rum tondere consueuerunt, &c.  
87  
Franci cur potius liliorum insi-  
gnia sumpserint, quàm reliqui  
Ianigenæ. 106, & seq.  
Francorum gentis insignia  
91, & seq.  
Francorum lilia in quo Iridis ge-  
nere sint. 104  
Francorum in Germania prima  
sedes. 30  
Francorum sedes Sicambria. 26  
Francorum & Frisiorû limites. 35  
Francorum perfidia. 67  
Francorû Reges, Gallie infestis. 42  
Francorum Reges, Romanis con-  
fœderati & militantes, Galliam  
diu defenderunt. ibid.  
Francorum Reges bobus duobus  
carpentum trahentibus vehe-  
bantur. 82, & seq.  
Francorum Reges cur aluerint  
barbam & crines. 85  
Francorum duo Reges bestiis ob-  
iecti sub Constantino Imp. 39  
& seq.  
Francorum regum cærimoniæ an-  
tiquissimæ. 87  
Francorum regum insigne, secu-  
ris. 83  
Francum amicum, non vicinum,  
habeas; Græcorum prouerbiû. 3  
Francia Orientalis, dicta Austria,  
quàm latè pateat. 80  
Francia Occidentalis corruptè di-  
cta Neustria. ibid.  
Franciz



INDEX RERVM ET VERBORVM

Franciæ appellatio quàm latè se extenderit olim. 80, 81	Gizericus V Vandalorum rex. 64	Iapetus Nochi filius natu mini- mus, 18. benedictio ei à patre data, 18, 19. ei nomen Franci verissimè conuenit, 18, 19. quæ regiones ei obtigerint. 15
Franciæ limes olim fuit Duifber- gi. 72	Gnai. 100	Iapetus, Franci nomen, & cælestis lilij accepit insigne. 94, & seq.
Francica lingua corrupta. 66	Godegiselus Vandalorum rex cæ- sus à Francis. 60	Iapetus qua ratione Francus fuit nuncupatus, eadem ratione spei signum sibi sumpsit, &c. 104
Frânci sermonis veræ reliquiæ vbi sint quærendæ. 81	Goedela. 89	Iapetus quid habeat commune cum Apolline. 20
Franconiæ ad Mœnû exordiû. 66	Goetsvvinus interfecto Ansegi- si, 90. parricidij pœnas dat. ibid.	Iapeti & vitis comparatio. 89
Fraomarius rex. 46	Gomar, Gomarus. 77	Iapeti posteri non minora mune- ra, quàm vitis, hominibus con- tulerunt, 18. orbem in vnam communem redegerunt, &c. ibid.
Fre. 77	Gotalanorum regem suum allo- quentium consuetudo. 84	Iapeti posterorum variæ nomen- clatura. 106
Fregundis. ibid.	Goti pellunt Burgiones suis ter- ris. 45	Iapyges. ibid.
Frigeridus. 58, 67	Græcia quando & à quibus primû litteris excoli cœpta. 17	Iapygiam Galli veteres primû habitarunt. 100
Frisia à Pipino subiugata, & fidem edocta. 90	Grimoaldus vnde dictus. 78	Ierst. 10
Frisij Romanis bellû inferunt. 36	Grimoaldus Pipini filius patri suc- cedit in Austrasianorum equitû præfectura, 89. eius mors. ibid.	Insignia cur arma dicantur. 92
Frisiorum præcipuum nauale. ib.	Groeninger diep. 36	Insignia Achillis. ibid.
Frisiorû & Francorum limites. 35	Gum. 77	Insignia Auentini. ibid.
Fritigernus Gotorum rex, Roma- nos vincit. 58	Gundobaldus Lautarij secundi filius. ibid.	Insignia Francorum. ibid. & seq.
G.	Guntranus. ibid.	Insignia Vlyssis. ibid.
Gaius vnde dictus. 39	H.	Iris vnde dicta. 101, & seq.
Gaius Francorum rex à Constân- tino affectus supplicio. ibid.	H littera Francorum propriis no- minibus præfixa, quid signifi- cet, 76, & seq.	Iris, arcus cælestis. 97
Galata vrbs. 100	Habeo. 72	Iris Thaumantis filia, ibid.
Galli Iapeti posteri, &c. 106	Hat. 46	Iunonis nuncia. ibid.
Galli veteres. 100	Hanc. 84	Iris elementorum concordia si- gnum. ibid.
Galli nonnumquam Sicambri vocati. 26	Hat. 52	Iris, lilium appellatur. 95, 96, & seq. 102
Galliæ infesti reges Francorum. 42	Hathem op. ibid.	Iris herba petrosi & exsuccis lo- cis prouenit, ibid. eius variæ species, 103. Iridis non bulbo- sæ genera. 104
Galliæ partem qualem Franci pri- mû inuaserint. 38, & seq.	Hatv. 72	Iris quare spei signum dicatur, &c. 97, 102, 104.
Galliam diu defenderunt Franco- rum reges Romanis confcede- rati & militantes. 42	Heel. 11	Iris Elpis dicitur. 97
Gallieis agris donauit Francos Maximianus. 40	Heer. 76	Isela fl. 54, 55
Galliopolis. 100	Heim. 52	Iudæi à Pipino in exsilium acti. 89
Garbaldus. 78	Helium. 53, & seq.	Iulianus à Constantio ad imperij societatem adsciscitur, 42. pa- cem facit cum Frâcis, & Agrip- pinam Coloniam recipit, 42. obsessus à Francis, ibid. Francos Salios se dedentes suscipit. 43
Gast. 8, 56	Heip. 71, 99	Castellum opidû obsidione ca- pit, 43. Chamauos vincit, ibid. Alemanos fugat. ibid.
Gau. 5	Heit. 71	Iuno vnde dicta. 97
Geis. 39	Heraldus. 93	Iuno quare soror & coniux Iouis dicatur. ibid.
Geisel/Geiseler. ibid.	Heraldus quantus honor olim de- ferebatur, & eorum officia. ibid.	Iusurandum vni innititur. 105
Geisbert. ibid.	Herbertus. 75	K.
Geitler op. 53	Hercules Marcusanus. 82	Æstet/ Castellum opidum, nunc pagus, &c. 43
Geldria vnde dicta, &c. 52, & seq.	Herculis nomine Nochus frequen- ter accipiendus. 105	L.
Gelmuiden. 35	Hetrusci. 106	Lat. i. onero. 101
Geitersheim op. Franconiæ. 66	Hiccar, siue Hichtar, Brenni fi- lius. 29	Landa, Caroli Magni natale solû, & imperij sedes. 89
Genebaldus. 67	Hildebertus. 71	Landasus cognominatus Pipi- nus. ibid.
Gent. ibid.	Hildebertus quintus Vandalor- um rex. 69	Landricus. ibid.
Gentium commigrationes, varias ob causas. 30	Hildericus, non Childericus, di- cendum. 69	Landsman/Sehandsman. 80
Gepidæ suppetias ferunt Atilæ contra Aëtium, &c. 64	Hilp. 71	Landt. 44
Gepidarum pugna cû Francis. 64	Hilpericus vnde dictus. 71, 75	Laniogaisus siue Langogaisus Francus. 41
Germani vnde dicti. 3	Hilpericus, non Chilpericus, Bur- gundionum rex. 69	Latinum
Germani dicti Franci. 7, 24, 25	Hilt. 71, 75	
Germani ciuilibus suis ipsorum odiis frequenter victi. 59	Hoel. 11	
Germanorum nomen nouum esse credidit C. Tacitus. 7	Hoi. 87	
Germanorum nomen quando pri- mum Gallis auditum. 33	Hoit. ibid.	
Germanorum hospitalitas. 9	Homo purus quis. 70	
Germanorum auiti mores quo- modo corrupti. 9	Hominis nomenclaturæ Cimbri- cæ ratio. ibid.	
Germanos quid seruire exteris coegerit. 9	Honorius Imp. 63	
Germanos quosdam antiquitus ad Mæotim paludem habitasse. 6	Hop. 98, & seq. 105	
Germaniam populantur Frâci. 58	Hortarij regnum. 43	
Gertrudis virgo. 90	Hospitalitas Germanorum. 9	
Geta. 6	Hulp. 71	
Geis/Geisel. 89	How. 72	
	I.	
	Ianigenæ. 106	

Latium cur vltimum sibi domici-  
 lium delegerit Nochus. 105  
 Lautar. 68  
 Lecca fl. 54  
 Lectr/Leit/Latt.i. molestia, &c. 101  
 Lectu. 78  
 Legum constitutio. 56  
 λεπιος. 101  
 Leti. 99  
 Lelius. 100, & seq. 101  
 Leo, λεων. 78  
 Leodiensis ditio Arborichorum  
 numero comprehensa. 62  
 Leonardus. 78  
 Aciens. ibid.  
 Lex vnde dicta. 86  
 Lex Salica. 51, 52. à quibus lata;  
 57, & sequent.  
 Li. i. patior & perfero. 77, 101  
 Libertatis symbolum. 87  
 Liberum hominis arbitrium. 70  
 Ligustici duplex genus. 93  
 Lilium vnde dictum. 99, & seq.  
 Lilium Græcis λεπιον. 96  
 Lilium Iris appellatur. 95  
 Lilium spei signum. 94, & seq.  
 96. ad Francos delapsum è  
 celo. 94, & sequent.  
 Lilia Francorum gentis insignia  
 91, & sequent.  
 Lilia Francorum eiusdem formæ  
 cum Iride. 95. in quo Iridis  
 genere sint. 104  
 Lilia tria Francorum fuisse insi-  
 gnia Nochi ætate. 94, & seq.  
 Litorum trium & Europæ con-  
 cordia. 104  
 Litorum insignia cur Franci po-  
 tius, quam reliqui Ianigenæ,  
 sumplerint. 106  
 Aind. i. pulcher. 77  
 Aind. i. fascia, funiculus. ibid.  
 Aind. i. tilia. ibid.  
 Lindo. ibid.  
 Lipszone. 34  
 Lirinum vnguentum. 96  
 λεπιον. 96, & sequent. 99  
 Listch. 101  
 Listch. 101, & seq.  
 Litaicus. 69, 70  
 Litomarus. 71  
 Litteræ apud Græcos quando &  
 à quibus excoli cœperint. 17  
 Locorū nomenclaturæ mutatio. 54  
 Lodomirus. 71  
 Longobardi Sueui. 31  
 Long. 78  
 Lor pro Lotario. 74  
 Lotarius vnde dictus. 70  
 Lothildis. 74, 75  
 Lucus Baduhenna. 36  
 Ludouicus vnde dictus. 69, & seq.  
 Ludouicus dictus Clodoueus. 69  
 70  
 Luidemeerus. 71  
 Auit/Auide/Auiden. 69  
 Luitomarus. 71  
 Luichildis. 74, 75  
 Luppæ fons. 34  
 M.  
 Maer. 77  
 Maerthe. 75  
 Maechchildis vnde dicta. 75

Maechchildis donatio. ibid.  
 Maeris palus. 6  
 Maer. 22  
 Mal. 57  
 Malarichus Francorum rex. 40  
 & seq.  
 Malleus vnde dictus. 78, 79  
 Mallobaudes vnde dictus. 67  
 Mallobaudes Francorum rex. 40  
 & seq. 58.  
 Mallus quid, & vnde nomen ha-  
 beat. 57  
 Man. 10  
 Manarmanis portus. 53  
 Mandane Astyagis filia, Cyri ma-  
 ter. 19  
 Marci. sed. 73  
 Mar. siue Mer. i. mare. 73, 74  
 Mar. i. fama. 77, 79  
 Mart. 44, 72  
 Marca. 44  
 Marca Antuerpiana. 81  
 Marcellinus, vide Ammianus  
 Marcellinus. 82  
 Marchuis. 82  
 Marcomirus vnde dictus. 72  
 Marcusanus Hercules. 82  
 Mare vnde dictum. 73, & seq.  
 Margiana. 14  
 Marcalcus. 56  
 Marsen. 54, 74  
 Mars vnde dictus. 78  
 Mart. ibid.  
 Matteau. ibid.  
 Martel. ibid.  
 Martello. 78, 79  
 Martellus vnde dictus. ibid.  
 Martel. 78  
 Martyr vnde dictus. 79  
 Masthroek. 35  
 Maximianus Francos in Anglia  
 vicit. 25  
 Maximianus Francos Gallicis agris  
 donauit. 40  
 Meer. i. plus. 71, 74  
 Meer. i. augeo. 72  
 Men. 70  
 Menapij. 31  
 Mendacium. 67, & seq.  
 Mens vnde dicta. 71  
 Meusch. 70  
 Mer. i. mare, stagnum. 67, 72,  
 73, 74  
 Merlinus. 74  
 Merobaudes. 58, 67  
 Meroueus vnde dictus. 72  
 Meroueus Francorum rex, Mero-  
 uingorum generis auctor. 63  
 Merouei cum Aëtio pugna. ibid.  
 Merouei posteritatis ignauia. 82  
 Merouei monumenta. 55, 72, &  
 sequent.  
 Merowe alueus per quem Walis  
 & Mosa iuncti simul fluunt.  
 55, 72  
 Merouicus. 72  
 Merouingi vnde genus & nomen  
 ducant. 82, & seq.  
 Merouingi Arrianam hæresim  
 oppugnant. 90  
 Mersten siue Marsten. 74  
 Milesium oraculum. 14, 16  
 Mœnus fl. 45

Mollis. 80  
 Mollis. 80  
 Mon. 10  
 Moz. 73, 79, 80  
 Mozder. 78  
 Morgengiba. 66  
 Mozren. 73  
 Mors vnde dicta. 78  
 Moz. ibid.  
 Mortarium vnde dictum. ibid.  
 Moz. 80  
 Mofella fl. 42  
 Moses veritatis scaturigo, antiqui-  
 tatis norma, & omnis historiae  
 amulsis. 18  
 Musa vt Regibus nubant, optan-  
 dum. 13  
 Mythologia, siue Theologia Or-  
 phica apud Thracas ortum. 7  
 N.  
 Nanninus magister militiæ. 58  
 Neccarus fl. 44  
 Neomagum à Francis structum,  
 & vnde dictum. 61  
 Neustria corruptè dicta Francia  
 Occidentalis. 80  
 Nicarus. 44  
 Niuisium, Nips. 60  
 Nobilitas vera vnde existat. 93  
 Nochus quomodo & quando A-  
 ram maximam Romæ crexerit.  
 105. & cur sibi Latium sedem  
 sumperit. ibid.  
 Nochus Christi typum gessit. 20  
 Nochus frequenter accipiendus  
 nomine Herculis. 105  
 Nochus conuenientissime potest  
 dici Apollo, 20, 22. potest dici  
 Didumæus & Phileus, 22  
 dictus est & Saturnus. 105  
 Nomina non temerè, sed instructu  
 quodam diuino plerumque data  
 gentibus. 23  
 Numa vnde dictus. 100  
 Nummus Claudij. 94  
 Nufpi. 31  
 Obtricensis opidam. 30  
 Octapodes. 82, 84  
 Og. 75  
 Olynthus vnde dictus. 11  
 Olynthus Strymonis filius, &c.  
 8, 11  
 Olynthus vrbs condita à Bran-  
 cho. 8, 12  
 Onomantia. 71  
 Oraculum Branchidarum. 14, &  
 seq. 21, & seq.  
 Oraculum Didymæum. 21, 22  
 Oraculum Dodonæum. 21  
 Oraculum Milesium. 14, 16, 21  
 Oracula Cacodæmoni adscriben-  
 da. 21  
 Oraculorum causa, auaritia, & fu-  
 turorum cognoscendorum au-  
 ditas. ibid.  
 Oriens Aust/i. antiquissimus, dici-  
 tur. 81  
 Orpheus quis dicatur. 17  
 Orphica theologia. ibid.  
 Oculum apud Christianos in sa-  
 cris. 20  
 Oscula Brachidis frequetata. ibid.  
 Paia-

INDEX RERVM ET VERBORVM

<b>P.</b>			
Paizetes Turcorum Imp. <i>αυτοκρατορ</i>		Rex vnde dictus.	86
λαί vice Tamerlani fuit.	49	Reges antiquitus erant antistites	
Pal.	44	sacrorum.	85
Palas regio.	44,45	Regibus vt nubant Musæ, optian-	
Palatium.	47	dum.	13
Palatinatus.	44	Phæes.	11,13
Pallanteum.	44,47	Rhenum op.	53
Pallas.	47	Rhenus fl.	53, & sequent.
Palais.	44	Rheni accolæ.	31, & sequent.
Palaisgraf.	ibid.	Rheni ostia.	53, & sequent.
Pandiculatio.	3	Rhæes.	13
Parisi Francorū regno adiecti.	65	Rhæsus vnde dictus.	11, & seq.
Paropanisus.	15	Rhæsus Strymonis & Euterpes	
παρθν.	21	filius. 8, 12. à Diomede oc-	
Patientia spei soboles.	101	cificus. 10. eius arma & equi. 11, 12	
Pax Iulia, op. Hispaniæ.	103	Rhich.	61
Perfidia Francorū & Romanorū.	67	Richomeres.	58, 71
Perfortia.	66	Rigodulum op.	42
D. Petri patrimonium.	75	Rijedon.	22
περαγγαδ'ες, φάραγγες.	1	Rion.	73, 79, 80, & sequent.
Pharamanes Chorasmenū rex.	15	Romani Francos cædunt.	59
Pharamundus vnde dictus.	67	Romani victi à Francis. 59. victi	
Pharamundus Francorum rex.	15	à Fritigerno Gotorum duce. 58	
Pharamundum non fuisse pri-		Romanorū stipendiarij Franci. 61	
mum Francorum regem.	39	Romanorum perfidia.	67
Philebum.	36, 53, 54	Rou.	73
Philesius vnde dictus.	22, 23	Rumor.	ibid.
Philesius Apollo.	20	S.	
Philesius rectè dici potest Nochus	22, & sequent.	Sabini.	100
Philosophus absolutus quis iudi-		Sacæ.	106
candus.	93	Sabel.	47
Philosophi Græcorū, capillitium		Sat varia significat. 46, & sequent.	
& barbam solent alere.	85	Sal salis vnde dicatur.	46
φιλων, φίλον έχου, γαίτορα μί		Sala fl.	43, 45
έχου.	3	Salf.	46
Phrisij.	31	Saltij.	47
Pileus libertatis symbolum, &c.		Salij vnde dicti Franci. 47, & seq.	
87, & sequent.		Salij Franci qui, &c. 43, & seq. 55	
πυλαφόροι Scythæ qui fuerint.	87, & sequent.	Salij à Sala fluuio non sunt nomi-	
87, & sequent.		nati Franci. 45, & sequent.	
Pien. i. dolor.	78	Salij cui regioni, & cur dederint	
Pipen.	ibid.	suum nomen.	52
Pipinus vnde dictus.	ibid.	Salica lex.	50
Pipinus Landasius cognomina-		Salicæ leges à quibus, & quando	
tus, Landæ natus.	89	latæ, vbi primùm dictatæ, &	
Pipinus Landasius Carolomanno		qua occasione corruptæ. 56, &	
mortuo succedit, &c. ibid.		sequent. 57	
in diuorum numerū relatus. ib.		Salica terra.	51
Pipinus Herstallus siue Crassus,		Sallandia vnde dicta, &c.	55
Ansegisi vnici filius patri suc-		Sallandia equis alédis aptissima. 56	
cedit, 90. eius egregia facta. ib.		Salladiæ tres principes vrbes, Da-	
Pipinus Paruus, Caroli Martelli fi-		uentria, Swolla, & Campen. 55	
lius, patri succedit, &c. 90		Sallant.	50, 52
Polymnestor Thracū tyrannus. 10		Sallie op.	52
Posthumo Franci auxiliares. 37		Salogastus vnde dictus.	56
Priarius Allemannorum rex cæ-		Saluo, 46. Saluo.	46
sus. 58		Salus.	ibid.
<b>Q.</b>		Sangibanus Alanorum rex Aure-	
Quintinus magister militiæ.	58	lianum Galliæ op. Attila pro-	
in Francorū regionē transit. 60		dere pollicetur, &c. 64	
<b>R.</b>		Sapientia victoriæ fons.	56
Ram.	73, 79	Sarraceni conuicio irritati Maho-	
Ranc. i. palmes.	2, 18	meticam sectam propagant. 89	
Ranchen. i. pandiculati.	3	Sarraceni à Carolo Martello de-	
Ratbodus Frisiæ rex à Pipino		uicti. 90	
Herstallo subiugatus, &c. 90		Saturnus dictus Nochus.	105
Rau.	68	Sauromata.	6
Reck.	2	Sauus fl.	4, 5
Reggus fl.	53	Sclauigrassantur per Germaniā. 89	
Reis.	11	Scut.	82, 93
Respendial Alanorum rex.	60	Scutum.	93
		Scythæ vnde dicti.	5
		Scythæ liberi ad Mæoridem habi-	
		tantes.	6, 7, & sequent.
		Scythæ πυλαφόροι, siue pilcati qui	
		fuerint.	87
		Scythis omnibus commune do-	
		mum suam vehere.	82
		σικυτ.	93
		Securis, Francorum regum insi-	
		gne.	83
		Securis Francorum cuius rei sym-	
		bolum.	84
		Seg. siue Sig.	76
		Sella equestris à Francis primùm	
		inuenta, &c. 47, & sequent. eius	
		vñs primùm innotuit circa tē-	
		pora Valentiniani.	50
		Semi tabernacula, quæ Iapetus	
		erat habitaturus.	106
		Senones Francorum regno adie-	
		cti.	65
		Septem-silux.	35
		Sicambri vnde dicti.	76
		Sicambri qui.	26, 31
		Sicambri vbi quondam habita-	
		runt.	26
		Sicambri aliquando Franci vocati,	
		26. maximè apud Poëtas. 26	
		Sicabri & Franci, diuersi populi. 27	
		Sicambri à Romanis in Galliam	
		translati.	27, 28
		Sicambria Francorū sedes, &c. 26	
		Sicambria op. in Pannonia. 28	
		Sig.	76
		Sigebaldus.	78
		Sigebertus vnde dictus.	76
		Sigebertus Dagoberti filius, Au-	
		stasiæ rex designatus, &c. 89	
		Siluanus Francus pedestris mili-	
		tiæ in Gallia rector. 41, & seq.	
		eius mors. ibid. eius laudes.	
		ibid.	
		Sogdiana, sedes Branchidarum,	
		Margianæ adiacēs, &c. 15, & seq.	
		Sogdiana direpta ab Alexandro.	
		15, & sequent.	
		Solis natura & vis in rebus pro-	
		mouendis.	22
		Spar. i. parco.	99
		Spero, as, are.	ibid.
		Sperandarum rerum meta.	106
		Spes Hov Cimbricè dicitur.	98
		Spes regni calorū sola, Cimbri-	
		co spei nomine Hov digna est,	
		&c. 98. eius vis & efficacit-	
		tas. ibid.	
		Spei natura & partes.	98
		Spei soboles patientia.	101
		Spei tessera. 94, 96, & sequent.	
		Staff.	49
		Staffa.	49, & sequent.
		Stapeda.	49, & sequent.
		Stapeda antiquissima ad Rheni ri-	
		pam inuenta.	51
		Stilico Francos pellit.	61
		Streij siue Strij.	10
		Strymon vnde dictus. 10, & seq.	
		Strymon fl.	10
		Strymon Thracum rex. 8, & seq.	
		Strymon idem qui Eioneus. 8, 10	
		Strymon Hercules dictus.	12
		Strymon & Tereus litteras in	
		Graciam inuexerunt. 17, 18	
		Strymonis vxor Euterpe vna Mu-	
		saram. 12, 13, & sequent. eius	
		filij.	8
		Strymonis ætas, imperij ampli-	
		tudo,	

IN FRANCICA.

tudo, & monumenta. 9, & seq.	61
eius virtutes. 13	
Suevi Longobardi. 31	Thungri. 61
Sugambri. ibid.	Thufci. 106
Suomarij regnum. 43	Tit siue Tjt. 100
Sufan vnde dicatur. 101	Titus. ibid.
Sufini flores. 96	Tolosa, sedes regni Visegottici. 64
Sulinum oleum. 96, 101	Toxandriam inuadunt Franci. 43
Suffen. 101	Toxaris Seytha. 82, & seq.
Suten. ibid.	Traiani castrum. 43
Syagrius Ægidij filius à Clodoueo victus & necatus. 65	Traiectum. 30
	Treeres origine Cimmerij, &c. 10
	Treuerorum ciuitas à Francis occupata & incensa. 61
	Tricht. 30
	Troiano bello interfuerunt Franci. 12, 24
	Troiani non fuerunt Franci. 24
	Tuig. 79
	Tungri. 3
	V.
	V consonanti quæ littera apud Græcos optimè substituitur. 4
	Valentinianus Imp. 63
	Vandali vbi olim habitauerunt. 60
	Vandali à Francis cæsi. ibid.
	Vandalorum in Franciam incurfio. 61
	Vandalis Alani subueniunt. 61
	Var. 67
	Varmundus. ibid.
	Vaticinia. 21
	Vbij. 31
	Vbij in Galliam translati à Romanis. 27
	Verchten. 54
	Vechtus fl. 35, 53, 54
	Velicer fl. 26
	Velleda virgo latè in Germania imperitans. 34, & seq.
	Veluwe regio vnde dicta. 52, 54
	Ver. 74
	Ver. 2
	Veritas conseruanda. 67
	Verres. 78
	Victoria scopus. 76
	Victoria fons, sapientia. 56
	Vicus. 69
	Vidicula Gotorum fortissimus &c. 63
	Vidrus fl. 35, 53
	Vinco, is, ere. 77
	Vispi. 31
	Visigothi. 62
	Visigotici regni sedes, Tolosa. 64
	Vitis & Iapeti comparatio. 18, & seq. 19
	Vitis natura, & in arbores domitium. 18. eius commoda & vtilitates. ibid.
	Vitis interpretatio & comparatio. 19, 20
	Vlyffis insignia. 92
	Vmbri. 100
	Vocum origines ac primos natales inueniendi ratio. 73
	Wollenhouen. 38
	Wanc. 2, & sequent.
	Vrancus scribendum, non Francus. 2, 3
	Vrancus vnde dictus. 16, 17. Reliqua vide in Francus.
	Vrangas vnde dictus. 9
	Vrangas Strymonis filius. 8, 9
	conditor Olynthi vrbis. 8, 12
	Wij en Wanc. 3
	Wit-end. 54
	Vrfus vnde dictus. 78
	Vfipetes, Vfipij. 31
	W.
	Walbertus. 89
	Wat. 77
	Waltrudis. 89
	War. 68
	Warmundus. 67, 68
	Weg. 70
	Wefl occidentalis plaga vnde dicta. 81
	Wic siue Wije. 69
	Widoimarus fidus Childerici amicus. 53
	Wit. 56
	Windogastus. 56
	Wis/ Wije. 22, 56
	Wisdom/ Wiffom. 22
	Wisogastus. 56
	Wit/ Wijt. 19
	X.
	Xenophontis præcepta de equeftri disciplina. 48, & sequent.
	Xerxi Græciam inuadenti, vltro Branchidæ tradunt templum suum cum thefauris. 14, & sequent.
	Z.
	Zallandia. 55

FINIS.

S V M M A P R I V I L E G I I .

R E G I S Priuilegio sancitum est, nequis *Opera omnia*  
*Goropij Becani partim antehac impressa, sed ab ipso emendata, par-*  
*tim verò non impressa*, integra, vel eorum partem aliquam,  
citra Christophori Plantini voluntatem, à die cuiusq.  
editionis absolutæ intra decem annos, imprimat, aut  
alibi impressa importet venaliâue habeat, sub pœna  
confiscationis librorum: vt latius patet in literis datis  
Bruxellis pænultima Nouembris. M. D. LXXIII.

*Signat.*

I. de Witte.

## FRANCICA.

## LIBER I.



VANDO nihil absurdius vquam iudicavi, quam genti cuius proprium nomen ab alterius linguae hominibus mutuari, si vnde Franci nominentur queratur, sciendum ante qui fuerit vernaculus Francorum sermo, quam gentis nomenclatura ad rectam rationem vocetur. Qua in re, vt à confessis exordiamur, illorum temporum auctores consulemus, quibus primùm illustres apud Romanos euaserunt; primordiis eorum quæ controuersæ plena sunt, necdum in testimonium aduocatis. Fuerunt eorum quidem arma Gallieni tempore Posthumo in Gallia imperij ius & insignia occupanti auxiliorum non

*Veterum auctorum de Francis sententia.*

minima pars. Verum eius rei Trebellius Pollio sic meminit, vt Celticis quidè & Francicas copias distingueret; sed cuius gentis Franci essent, non exponeret. Quamobrem Procopius audiatur, æqualis eius ætatis qua eorum vires maximè fuerunt nobilitatæ, qui primo De bello Gotorum libro eos qui tum Franci vocabantur, ait olim Germanos nominatos fuisse: cuius sententiæ Agathius quoque subscribit, veterum se testimonio stare indicans. An verò superiores, vt nunc vocantur, an inferiores fuerint Germani, qua in re non pauci aberrarunt, diligenter consideretur necesse est. Flavius Vopiscus Syracusanus, proximus nominis eorū apud Romanos illustrationi, Francos, Germanos & Allemannos in vita Probi vt apertissimè nominibus distinxit, ita Francos dixit inuis stratos paludibus. qua nota satis dedit intelligendum, Francos omnium, infimos & Oceano proximos fuisse. Iam piraticam exercere & omnes oras maritimas vexare, cui, rogo, genti conuenit alij, quàm ei quæ Oceani littora teneret? Atqui Francos id facere consueisse, plurima sunt testimonia, quæ suo pòst loco commodius opportuniusque citabuntur. Hoc loco satis esto, Francos Oceani accolos fuisse, & eos quidem Batavis proximis, quorum regionem frequentissimè prius incur sarunt, quàm reliquas Romanorum prouincias inuaderent, vt latius iam mox docebo. Nunc igitur ad nominis interpretationem.

*Franci Oceanici accolæ, & Batavis proximis.*

S V N T qui ex Manethone Anniano, vanissimo nugiuendo, Francum Hectoris filium faciunt, quibus propterea nihil respondebo, quòd in Croniis meis satis claris argumentis hunc impostorem falsi nominis conuicerim; in quibus vnà aperui, non pluris me facere Hunnibaldum quàm imperitissimum mendaciorum textorem. Et quamuis hi figmentorū in Originibus architecti Francum Troianum dicant, nihil tamen de nominis ratione scribunt, atque idcirco nihil faciunt ad hanc nostram quæstionem. Ado Archiepiscopus Viennensis nominis causam à Græcis petendâ putauit: Francos lingua Attica, inquit, Valentinianus Imperator à feritate & duritia atque audacia appellari primus voluit. Scio equidem *φάραγγας* Græcis terræ cavitates à vehementiore aquarum impetu ruptas vocari, & hinc *φάραγγος* id quod præruptum est, & aut torrentibus aut alia aquarum violentia excauatum, dici: sed quid hoc ad Francos, qui non, veluti eiusmodi prærupta loca, alienis iniuriis patebant; verùm contrà, non secus atque subiti & impetuosi torrentes, omnia obstantia proruebant & deturbabant, atque ea de causa *χελυεππος* potius quàm *φάραγγος* Atticis nominandi? Ceterum vanum sit & superuacaneæ diligentia prolixius de hac sententia disputare, quandoquidem & ante Valentinianum Francorum nomen historiarum monumentis celebretur, & ab omni ratione alienum sit, Germanos nomen sibi voluisse perpetuum esse quod ab hoste sumpserunt, & id quidem nulla cum Attica lingua, è qua acceptum dicitur, affinitate coniunctum. Condonet igitur mihi Ado si contrà sentiam, & vocem

*Francorum nominis etymon.*

de Germaniæ inferioris lingua interpretet, in qua primum Franci Romanis innotuerunt.

*Franci à qua libertate nomen accep-  
runt.*

IN primis id plurimorum confessione & ferè omnium constat, Francos à libertate nomen accepisse, verum non item apud omnes notum est, quæ vel libertas hæc fuerit à qua nominantur, vel quo sermone ita vocentur. Antonius Coccius Sabellicus, fabulosos antiquitatum scriptores secutus, hæc de re ad hunc modum sententiam conclusit: Habuit Troiana manus, quæ illum secuta est, luxuriosa incrementa, tenuitque sedes quas à principio sortita est plures ætates; postremò Alanis res Romanas infestare adortis, Valentiniæ Cæsar edictum proposuit, ut quicumque hominum Alanorum conatus infringere, decem annos omnium immunes essent tributorum. Syacambri eam gentem bello adorti victos excidio dedere, suntque ob id meritum in decem annos libertate donati, Francorumque nomen adepti. Francos Itali liberos appellant. Hæc ille, Aimonis, siue, ut aliis vocatur, Annonij fortassis auctoritate nixus. Sigebertus Abbas, ut idem ferè de Valentiniæ tradit, ita Francos non liberos, sed feroces ex Attica lingua, totis Athenis reclamantibus, interpretatur; quod quamvis indoctum sit & à Musis alienum, nihilo tamen absurdus est eo quod Sabellicus vetustiorum narrationi adiecit, Francos nimirum ab Italis liberos dici. Sit sanè ita: quid inde? Num fortassis ex antiqua Romanorum lingua Itali hoc nomen retinuerunt? Minime, quando nemo Latinorum eo usus deprehenditur, nec quicquam habet cum vlla omnino voce Latina cognationis. Nihil itaque ad rem aut ad veritatis saltem examen quòd Itali hoc tempore liberos, Francos vocent; cum Valentiniæ tempore necdum ita vocarint; nisi fortè vel Franci vel Goti ante Valentiniæ Italiam cogerint sermonis Germanici vocabulis uti, cui omnis historiæ fides repugnat. Iam quis vates Trebellio Pollioni qui sub Constantij imperio historiam scripsit, prædixerat fore, ut Valentiniæ iussu Germani Franci vocarentur? Atqui hic tamen & in Gallieni & in Probi vita clarum Francorum facit mentionem, nihil, ut opinor, minus cogitans quam in scriptis suis tam negligenter quosdam versuturos, ut Francorum nomenclaturam ætate sua facerent recentiore. Quid Nazario apud Constantini filios orante ineptius fuisset, si Francos eos nominasset quos adhuc nemo mortaliū sic dici audiisset, immò quos multo post Cæsarum horum & ipsius Nazarii panegyrista mortem Valentiniæ tum libertate donaturus, tum ab ea vocaturus esset?

*Franci cur dicantur qui liberi sunt.*

*Francos scribendum, non Francos.*

REIECTIS igitur his figmentis, uti vanissimis & longè lateque à vetustiorum fide dissidentibus, saniora adferamus. Francos liberos vocari, quamquam non ij tantum qui Teutonici sermonis periti sunt, nouerunt, sed omnes etiam illi qui sermonem habent è Germanico & Romano permixtum; neminem tamen hætenus vel legere vel audire memini, qui quæ de causa liberi hac voce nominentur, explicaret. Nos ex inferioris Germaniæ sermone hoc nobis sumimus, vocem non per F, sed per V consonantem in principio scribendam: quo quidem modo & hætenus à nostratibus pronuntiatur; & in omnibus vetustis Brabantorum annalibus scripta inuenitur: quod equidem non monuissem, nisi ad nominis causam reddendam necessarium putassem. Quamuis enim quæ per V consonantem Teutones pronunciant, ea superiores Germani per F proferant; nobis tamen inter has litteras distinguendum diligenter, ne in originibus quærendis aberremus. Viciniam cognationemque inter eas maximam illam quidem agnoscimus, & alteram in alteram apud nos etiam frequentissime transire scimus; verum in huius vocis, de qua agimus, fabrica earum permutatio notionis discrimen adduceret, si accurate discuteretur. *Der* nobis duplicem habet in sermone usum, alterum dum procul siue longè significat; alterum, dum in compositione pro *Per* Latinorum, vel *Re* collocatur. *Ranck* autem idem est nobis quod palme siue ramus longè sese extendens, à *Rar* vocali breui pronuntiato, quod præteritum est imperfectum à *Ræ* idem quod extendebam vel extendebat significans. Hinc *Der-rant* idem quod palmites longè porrigo & extendo. Vnde syncoptòs *Drant* is dicitur qui palmites suos instar secundæ luxuriantisque vitis procul in omnem partem extendit, nullis angustis inclusus, quo minus quò velit brachia sobolemque suam propaget; quod quia

*Der.*

*Ranck.*

*Ræ.*

*Drant.*

quia summæ cuiusdam est libertatis, usurpata vox est non pro eo qui solum liber est & nullius potestate constrictus, verum pro eo qui libertate ea fruitur, ut non suis modò queat pro eo ac velit uti; sed in alios quoque manus suas porrigere, ut ab iis etiam quæ sibi necessaria putat, accipere possit. Magnæ profectò libertatis, ne dicam licentiæ, hæc fuit professio, non solum se liberos, sed & Vrancos vocare: qua nomenclatura satis significabant, quò studia sua tenderent, quidquæ sibi tribui à finitimis vellent.

Non malè itaque cum ipsorum nomine Græcorum prouerbium quadrabat, *ἄλλοι φίλοι ἔχῃς, γείτονα μὴ ἔχῃς*; id est, Francum amicum habeas, vicinum non habeas; quod Caroli Magni scriba memoriæ prodidit. Quis enim cum sibi vicinum velit, qui nullis terminis, nullis limitibus se velit coërceri; & adèd ab alienis non abhorreat, ut nomine etiam suo profiteatur se talem esse, ut longè brachiis suis omnia comprehendat? Germani & Thungeri sese ab eo nominarunt, quòd viri essent & natura & institutis ad quarendum congregandumque facti, à qua appellatione non multum Franci videntur recessisse, dum sese à propaginibus longè proferendis vocauerunt. Sueui, Allemanni, & Germani superiores palmitem alio nomine vocant, ita ut minimè possint de suo sermone libertatem in Franci nomine inuenire. Ab eadem tamen origine *franken* acceperunt, quo vtuntur pro eo quod Latinis est Pandiculari, propterea quòd corpus in eo membrorum positu brachia velut palmites extendat; quorum de lingua si vocem interpretaremur, Franci dicerentur ij qui longè pandiculantur: quæ corporis motio tantum abest ut strennuis viris potuerit piacere, ut ignauiæ desidiaque certissimum sit in hominibus non malè valentibus argumentum, utpote à crudis humoribus & flatibus, qui in otio & sedentaria vita congregari solent, proficisci ferè consueta. Nec video quò nomen huic corporis affectioni attributum idoneum videri possit, ut ad strennuam brachiorum extensionem transferatur, cum ipsa pandiculatio in tota Germania non minus indecora quàm ventris crepitus habeatur.

*Francū amicum, non vicinum habeas; Græcorum prouerbium.*

*franken Germanis superioribus est, Pandiculari.*

Vrancus ergo Teutonum sit vocabulum, siue earum Germaniæ gentium qui ad Oceani littora commorantur; apud quas aliud *fer*-rant quàm *Der*-rant notat; quorum hoc quidem illius est quam exposui notationis, illud verò pulcrum palmitem signat, cum hætenus etiam Angli, olim Vrancorum finitimi, nunc Britanniæ incolæ, *fer* pulcrum vocent, de verusto nimirum sermone, quem varia nationum permissio plurimum immutauit. Non displiceret hæc quidem interpretatio, nisi Vrancum viderem apud omnes pro libero dici: quæ notio huic vocis compositioni non conueniret.

*fer.*

Nosfrates cum quemquam omnibus modis liberum notare volunt, *Wzi* eni *tzanc* dicunt, indicantes non solum liberum esse quem *Wzi* vocamus; sed etiam Vrancum, id est, plus quàm liberum, ut ex vera nominis ratione constat. Quemadmodum autem pro Vranco Francum Allemanni dicunt, ita pro *Wzi* *frei* pronunciant: quem morem ad Latinam quoque linguam plerique eorum trahunt, pro vita, *fitam*; pro vino, *finum*; & similia pro similibus proferentes. Sed de his satis, præsertim apud nauseabundos nostri sæculi stomachos, quibus nihil placet vel Teutonici sermonis vel id genus minutiarum, quas ego tamen eo sector auidius, quòd citra harum adiumenta doctissimos quosque turpiter labi cernam; nihil interim faciens alta illa supercilia quæ ad humilia hæc sermonis nostri rudimenta ne semel quidem sese submittere dignantur.

Ex his modò liquere puto, Vrancos minimè dictos esse ab illa libertate qua eos Valentinianus Imperator donarit; nec itidem simpliciter à libertate, sed à palmitibus suis liberè quouis extendendis & propagandis, quòd longè Latinæ vocis notionem excedit. Quamuis verò Vrancus, non Francus sit vocandus, dabimus tamen hoc receptæ aliarum gentium consuetudini, ut Francos quidem Allemannorum ritu dicamus, veritatem tamen in antiquitatibus inquirendis ex nostra lingua æsthemus. Non aliter autem in Franci nomine accidit atque in Germani, ut nouum videatur, cum tamen sit vnum de antiquissimis. Ut enim alibi docui, Germanorum nomen

*Franci nomē esse vnum de antiquissimis.*



apud Herodotum in exercitu Persarum recensendo inueniri ante multo quàm Romani Thungeros nouissent; ita iam demonstrare conabor, apud vetustissimos Græcos non omnino ignotum fuisse præclarum Francorum nomen; tametsi nec notatio intelligeretur, nec satis perspectum esset ad quam gentem pertineret. Primum itaque, hoc quod modò ostendi statuto, quærendum; quinam rectè apud Græcos Vrancus scriberetur. Cum enim V consonante careant, alia ipsis littera in eius locum est substituenda; quam alij aliam acceperunt, & inter eos illi minimè mihi probantur, qui diphthongum *ou* loco eius substituerunt, pro Valerius *ουαλέριος* dicentes. E diuerso antiquissima linguarum affinitas mihi persuasit, recentiores Græcos optimè facere, dum pro V consonante *βητα* suum substituunt, cuius lenior sonus, qui nunc Græcis omnibus est in usu, proximus videtur: quem ante quadringentos & plures eo annos ita placuisse video, ut illi etiam qui elegantissimè litteras Græcas pingebant, pro *βητα* figuram V consonantis delinearent. Quamuis autem florentibus Græcorum & deinde Romanorum rebus sonus ipsius *βητα* alius videatur fuisse, quod cum ex aliis, tum ex voce *βητι* apud Ciceronem nobili colligi potest; vetustioribus tamen & ipsi sermonis ortui proximis vel duplex litteræ sonus videtur fuisse, ut hæcenus est Hebræis, vel is qui non longè à nostra V consonante discederet; cuius indicium est, ne pluribus exemplis sim molestus, conuenientia harum uocum: Vis, Græcis *βία*; Vado, *βάω*; Volo, *βούλομαι*; Viuo, *βιω*; Voco, *βοω*; Voro, *βοεζω*; & id genus ceterarum. Quamobrem de prisca hac uocabulorum consonantia, & recentiorum pronuntiatione, & duplici ipsius Bet, cui *βητα* respondet, sono, in eam uenio sententiam, ut pro certissimo habendum censeam, pro Vrancus *βραγχος* dictum fuisse, qua in uoce quare mediæ litteræ mutatae sint, Grammaticorum pueris in prima rudimentorum pagina discendum relinquo. Verùm hîc præuaricari in causæ meæ defensione uidebor, si Lazij perquam diligentis hominis testimonium negligam; cuius ea fuit sententia, ut Brencos eisdem cum Francis faceret: qua in re lubenter ei assentior ea quidem tenus, qua assertionem meam confirmat in Franci nomine Græcis litteris exprimendo. Si enim Brençi Franci sint, quanto magis Branchus est Vrancus. Sed reiecta ampliore probatione eius quod cuius luce clarius est, illud uideamus, ecqui Vrancus siue Brençi in Pannonia habitauerint, à quibus, ut Lazius putat, Vrancorum nomen ad posteros sit deriuatum. Do sanè Lazio, quarto Geographiæ apud Strabonem legi, Brencos & Tenauos exteriora Alpium tenere, atque eos quidem Illyricos: at cum vnicus hic locus Brençorum faciat mentionem, sintque libro septimo Breuci primi inter Pannonios enumerati, & Plinius doceat Sauum per Breucos fluere, sitque apud Suetonium memoriæ proditum, Breucos in Pannonia à Tiberio superatos fuisse, maiorem in modum uereor, ne quarto Strabonis libro lectio non sit sana quæ Brencos in Illyrico ponit: & ut Lazius audacter pro Breucis apud Plinium & Suetonium Brencos supponit, ita haud scio an contra potius sit sentiendum, standumque magis eo quod plurium locorum apud diuersos auctores lectione confirmatur, quàm quod vnica dumtaxat habet suspicionis causam. Quid facilius quàm ex *βρεύκων* facere *βρέγκων*, solo Gamma in Pythagoræ litteram transeunte? Cum itaque Strabo alibi Breucos in Pannoniæ exordio collocarit, & Plinius & Suetonius calculos huic sententiæ adiciant, non uideo quid sit cur vnica vnus loci scriptura, ut mihi uidetur, corrupta permoueri debeat ad diuersa sentiendû. Ptolemæus inter Vindelicos Breunos commemorat, quos eodem nomine Plinius in gentibus Alpibus agnoscit; in quibus, si citra exemplarium fidem coniecturâ facere fas est, lubentissimè Brennos legam, quos hæcenus eam Alpium partem habitare scio quæ ad Vindelicos declinat; quorû iugum cum media bruma transiret, facillè sensi, non solum flammam & ignem, sed frigus etiam insignem vrendi vim habere; atque idcirco vel à vetustis populis, vel ab vrendo, quod est *Wremen* / nomen accipere potuisse. Hæcenus enim mons hic *Wremet* uocatur, quo is qui vrit notatur: quæ ratio populis fortassis olim meritò dabatur, quòd incendiis hostium agros vastarent. Brenno tamen veteri exercitus duci nomen ab eo datum puto, quòd parentes bene ominati pro gentis suæ moribus optariat hunc talem euadere, ut equitatu longè lateque hostium agros incurfaret; quod *Wremmen* uocatur.

V consonanti  
qua littera  
apud Græcos  
optimè sub-  
stituatur.

βραγχος Gra-  
corum, esse  
Vrancus La-  
tinorum.

Brençi.

Breuci.

Brenni.

Wremmen.

Brennus ve-  
teris exerci-  
tus dux unde  
nomen ha-  
buerit.  
Wremmen.

Verùm

Verùm Breuni ne an Brenni sint apud Plinium & Ptolemæum recipiendi, aliis, qui acutiùs antiquitates peruestigabunt, iudicandum relinquo. Apud hos eisdem auctores Breucos inuenimus, à Breunis & nomine & loco distinctos, ad ipsùm nimirum Saum flumen; quod quia paludes plurimas facit, & loca aquis frequèter stagnantia, quæ nobis *Wuercken* siue *Wuercken* dicuntur; non absurdum dictu sit, Breucos transposita diphthong, è Breucis siue Bræcis nomen accepisse: quod tamen eo minus assero, quòd non hoc modò Pannoniæ tractu Breucos reperiam, sed ad Rhenum etiam; in cuius sinistra ripa supra Argentoratum Breucomagus describitur, quod tamen opidum à Breucis eò, ne *Breucomagus* scio qua de causa aut occasione, transgressis conditum esse, vt nomen indicat, ita nihil dubitem asseuerare. Beatus Rhenanus, diligens ceteroquin antiquitatum Germanicarum inuestigator, Brotomagum ab Ammiano Marcellino commemoratum opidum *Brotomagum* Breucomagum Ptolemæi putauit esse, repugnante tamen situ locorum. Equidem Brotomagum huius scriptoris idem prorsus credo cum Borbetomago Ptolemæi apud Vangiones collocato, inferius tanto vt Argentoratum inter Breucomagum & Brobetomagum interponatur in eadem fluminis ripa. Breucomagum verò Brisgauriæ mihi *Brisgauria* videtur castellum, quod *Wysergaue* Luitprandus Ticinensis dicit vocari: quod ego *eymon.* ex *Breus-gaue* factum crediderim; à quo primùm *Wies-gau*; deinde *Brisgau* exempto C, factum sit: quo Breucorum terra siue possessio denotetur. *Gau* enim per *Gau.* syncopen id notat quod quisque vt suum in regione quapiam tenet, quasi *Gehau*: quod moneo, vt illorum reiiciam stultitiam, qui *Gau* à *γαια* voce Græca deriuant. Antoninus in Itinerario castellum huius ditionis Montem Brisacum vocauit, nomine corrupto è Germanico *Wies-wac*, quo excubiæ Breucorum significantur: in quo litteram *Brisacum* Latinis incognitam reiectam esse, nemo sani iudicij admirabitur. Fuit itaque Brisaci præsidium Breucorum aduersus Allemannos, quos è Pannonia eò deductos esse qui dicet, me pedaneum suæ sententiæ habebit, propterea quòd sciam totam Rheni ripam variis diuersarum gentium præfidiis aduersus Allemannorum impetus olim à Romanis fuisse communitam. Neque igitur Rhenano in Breucomago, quod post Brisacum est nominatum; neque Lazio in Breucis assentior: quorum hic, nescio qua fronte, Plinij, Suetonij, Ptolemæi, Strabonis lectionem vnus litteræ occasione peruertit, quo antiquam Francorum originem in Pannonia inueniret, atque falsam opinionem quam sibi persuaserat, aliis etiam obtruderet. Equidem plurima contra omnium ceterorum sententiam & scripsi & scribo, sed absit vt culpa mea vel vnus apex in auctore quopiam simili temeritate aut mutetur aut tollatur. Duo nobis modò confecta sunt, alterum, ne Francorum origo ab Alpibus aut Pannonia aut Illyrico petatur; alterum, vt Lazio etiam approbante nomen Vrancorum per Beta apud Græcos scribi posse dicatur. Nunc igitur, cum de scriptura dubitari nihil vlteriùs possit, ne id quidem obscurum erit, antiquissimam apud Græcos Vrancii siue Branchi mentionem inueniri, tametsi *Φρανκός* apud solos reperiat recentiores. Verùm in primo mihi limine obiectum in video, nomen illud esse quidem apud vetustissimos auctores pro viri proprio; verùm nusquam ad gentem vllam referri. Huic ego bifariam responderi posse cerno; semel, quòd nihil obstat quò minus idem nomen & viri propriu sit & gentis, vt in Gallo & Germano licet videre; iterum, quòd plurimarum nationum nomenclaturæ à proprio cuiuspiam conditoris nomine sumantur: cuius rei plura sunt exempla, quàm vt à me sint indicanda. Verùm quòd clariùs ostendam hoc meum commentum non esse quod de Branchorum apud veteres notitia dico, pars mihi eorum quæ ex Herodoto in Amazonicis adduxi, in medium proferenda. Narratur autem, inquit, si Latine vertatur, Græcos tum in prælio ad Thermodontem commisso victoria potitos, Amazonas, quas viuas capere potuissent, tribus nauibus impositas abduxisse. Has verò ex insidiis, dum in altum essent euectæ, occidisse quicquid esset virorum. Sed quòd naualis rei peritæ non essent, neque gubernaculis, neque velis, neque remigio vti scirent, temerè ferebantur quò vnda & ventus tulisset. Appulerunt autem in palude Mæotide ad præcipitia quædam & promontoria regionis Scytharum, qui liberi *Francorum* vocantur; vbi nauibus ad loca habitata perrexerunt. Hæc mihi quidem antiquissimi *apud Herodotum periphrasis.* huius historiographi verba sufficiunt ad ea quæ volo perdocenda; verùm qui propiùs omnia discutere & intueri, & ad Lydium lapidem examinare volet quæ deinceps de

Francis à me tradetur, ei suadeo vt non otiosè hanc Amazonicorum ex Originibus meis partem perlustrer, atque diligenter omnia cum iis quæ vel à priscis vel à recentioribus de Francis sunt, conferat; quòd cernat, an vsquam à via deflectam veritatis. Qui sint Scythæ hi quos liberos vocatos esse, & ad Mæotidem habitasse Herodotus dicit, perspicuum fiet cum ex his quæ modò de Franci nominis origine explicata sunt, tum ex illo Dionysij de orbis situ scribentis loco quem in Gotodanicis citauit:

Τὴ μὲν πρὸς βορέην τελευσμένα φύλα νέμον  
 Πολλὰ μάλ' ἐξείης Μαώπιδος ἐς ζῶμα λιμνῆς,  
 Γερμανοί, Σαυρόματις, Γέται & ἄμα Βασάρναιτε,  
 Δακῶν ἄσπετος αἶα, καὶ ἀλκίεντες Ἀλάνοι.

Id est:

*Hinc Boream versus varia multæq; morantur  
 Gentes, post alias alia Mæotidos vsque  
 Ostia; Germani, Samata, Geta Bastarnæq;  
 Hinc regio haud facilis Dacorum, hinc fortis Alanus.*

Videtur mihi poëta in his versibus eos primos enumerasse qui proximi Mæotidis ori, quo se in Euxinum effundit, habitarent; Sauromatis inde & Getis & Dacis adiectis, qui Istro essent propinquiore; à quibus paullo superiores Bastarnæ sequebantur, vnde mox redit ad alios qui ad Septentrionem Germanis à Mæotide essent remotiores, & ab his rursus ad Euxinum descendit. Sed hæc non vltimè nobis excutienda, quàm quoad vetustas quorundam Germanorum sedes ad Mæotidis eam partem qua se in Euxinum exonerat, nobis ostendunt. Quorundam Germanorum hinc sedes positas à poëta propterea dico, ne quis tam describendi orbis imperitum eum arbitretur, vt aliam Germanorum patriam, & eam quidem maiorem, ignoret. Sed præstat vt altero eiusdem auctoris loco hunc reddamus clariorem, in quo Hispaniam sic describit, vt ad Oceanum iacere dicat qui ab Herculis columnis ad Britannos & Germanos sese diffundat:

ἤγχι βορείου  
 Ωκεανοῦ κέχρηται ψυχρὸς ῥίος, ἐνθα Βεῖτανοι,  
 Λαβύδατε φύλα νέμονται ἀρειμανέων Γερμανῶν.  
 id est, *frigidus vnde  
 Arctoi Oceani ruit æstus ad arua Britana,  
 Germanamq; albam gentem, cui Martius ardor.*

Quis hinc non videt alterius Germanorum regionis, quam omnes Geographi agnouerunt, claram fieri mentionem? Est itaque confitendum, vel ab Oceano ad Mæotidem vsque Germaniam fuisse porrectam, vel ad hanc saltem Germanos etiam quosdam antiquitatis habitasse; & eos quidem extremo paludis fini proximos, ad quem promontorium eorum Scytharum Herodotus collocavit qui liberi vocabantur. Examinemus ergo qui hæc inter se consentiant; & quòd id facilius fiat, ex Amazonicis & Gotodanicis ea repetantur quibus docui, hoc eodem loco gentem habitasse Cimmericiam diuersis nominibus pro diuersis vel institutis, vel scopis, vel symbolis nuncupatam, & generatim quidem Scythicam à sagittandi studio dictam; in qua tamen quorundam confœderata societas Sauromatas se vocauit, ab eo quòd inter se socij essent ad durissima quæque communi forte æqualique mensura perferenda. Inter hos nobilissimi illo se nomine à ceteris eximebant, quo libertatem eam profitebantur, qua non domi modò nullius dominio, sed ne foris quidem vllius iuri adstringi vellent. Hos igitur liberos Scythas Herodotus vocauit ad Mæotidis exitum habitantes, ad quos Amazones ex Euxino appulerunt; Dionysius verò Germanos nominauit, quo nomine quid notetur, quamque parum reapse à Francorum appellatione differat, & modò indicatum, & in Aduaticis latius quàm quidam delicatuli ferant, ostensum. Non est igitur mirandum, modò Germanos, id est, acquitendi congregandique auidos; modò Francos, id est, longè palmites suos propagantes sese nominasse; quoniam eodem nomen vtrumque spectaret.

Quòd si Herodotus Francorum nomen expressisset quo se liberos profitebantur, quiuis faciliè agnouisset, non tum demum nomen libertatem indicans natum fuisse cum

*Germanos  
 quosdam an-  
 tiquitus ad  
 Mæotidem  
 habitasse.*

*Scythæ.  
 Sauromatæ.*

*Scythæ liberi  
 à Mæotidem  
 paludem iudè  
 qui Franci.*

se cum Romanis arma inferrent, quo quod vocabantur id reapse præstarent, id est, nullius iure obstante palmires suos extenderent. Liberi fanè vocabantur quo tempore Halicarnassicus scriptor vigeat, sed minimè Græca lingua, aut alia quavis quàm sua ipsorum, quam Teutonicam illis in locis eo ipso tempore fuisse in Gotodanicis copiosius traditum est, quàm ut operæpretium sit eisdem repetendis lectorem hîc demorari; & alioqui siquis illa legere dedignetur, ne hæc quidem sibi cognoscenda ducet.

Quamobrem, cum ea lingua qua tum illius loci homines utebantur, Franci liberi dicerentur, de quibus Scythis Herodotum locutum esse dicemus, si de his Germanis à Dionysio eodem loco descriptis non sit intelligendus? En ut antiqua hæc iis respondeant quæ ex Agathio & Procopio doceri possunt, quorum ea erat sententia, ut qui Franci suo tempore dicerentur, olim fuerint Germani nominati: non tamen generatim omnes Germani Franci erant, sed ij soli qui priùs ad Mæotidem paludem habitassent, pòst inde ad Oceani littora progressi. Sicut enim Dionysius alios Germanos ad Oceanum & in Hercinio saltu, alios ad Mæotidem descripsit; ita Trebellius Francos, Germanos, & Allemannos distinxit: Francos quidem pro iis accipiens qui ad Mæotim olim sedes habuissent. Qua de causa cum Procopius ceterique dicunt Francos olim Germanos dictos fuisse, non est sic veritas defendenda, ut generatim omnes Germani Franci vocati fuisse dicantur; sed illi dumtaxat qui priùs Mæotici Germani fuissent, liberi Scythæ alio nomine vocati. Non igitur falsa scripserunt illi qui Francorù originè à Mæotide palude petunt, sed in eo errarunt, quòd illic Sycambriati, nescio quam, à Troianis conditam somniant; cum clarè constet ex Herodoto, liberos Scythas siue Francos antè ad Mæotidem habitasse quàm Troia obsideretur, nedum direpta à Græcis esset. Quæ enim de Amazonibus commemorat, antè accidisse narratur quàm Græci ad Troiam venisse dicuntur, & id quidem tanto priùs, ut hîc liberi Scythæ commemorentur habitasse eo ipso tempore quo Græcis bellum fuit cum Amazonibus; quod quis nescit ad Herculis & Thesei ætatem referri, multo ante quàm Troia ab Agamemnone obsideretur mortuorum, si umquam quidem temporum Græcus aliquis Hercules vixit, eos quos fabulantur labores exsecutus: quod equidem quàm non sit credendum, in Hercule docebo. Ceterùm id modò non agitur: hoc saltem constat, antiquiorem Francorum nominis memoriam ad Mæotidem paludem fuisse quàm ea quæ ad Troiam Spartani Duces gessisse narratur, ipsorum etiam confessione Græcorum, qui ambitiosissimi fuerunt in antiquitate generis sui & Herculi & deinde Troianis temporibus alleganda. Optassem fanè Herodotum nomen ipsum quo se Scythæ liberos vocabant, expressisse: verùm licet id non fecerit, de loco tamen ipso & de Germanis ibidem à Dionysio Alexandrino constitutis perspicuum est, hos eos ipsos fuisse qui multis pòst seculis promiscuè modò Germani modò Franci sunt nuncupati. Accedit aliud & validum in primis & luculentum indicium, quòd omnium testificatione, etiam eorum qui Troianos maiores eorum faciunt, Franci primùm ad Mæotidem dicantur sedes habuisse. Cuius igitur sit impudentiæ aut in verisimilibus oppugnandis pertinaciæ, negare alios olim Germanos ad paludis huius exitum, qua parte Bycis lacus influit, habitasse, quàm eos qui pòst non Germanos modò & Francos citra discrimen sese nominarunt, sed inde etiam se genus & exordia ducere asseruerunt? Neque enim vel Procopius vel Agathius vel Paulus Diaconus vel ceteri omnino scriptores ex Herodoto & Dionysio & nomen gentis & antiquissimas sedes, uti ego, didicerant; sed ex ipsis Francis percontando acceperant: quod nisi sic esset, minimè tam clara & grauia vetustatis testimonia neglecturi fuissent, ceteroquin diligenter occasionem captantes qua sese de id genus antiquitatis cognitione iactent. Non igitur ex Herodoto de liberis Scythis præscam & Ogeniam memoriam referente, non de Dionysio Germanos Mæoticos carmine suo celebrante; sed ex ipsius gentis doctoribus in eam notitiam venerunt Græcorum recentiores, ut eos Germanos antè nominatos dicant quos Francos a tas sua vocaret.

Verùm quemadmodum Tacitus nomen Germanorum propterea nouum crederet, quia apud antiquissimos id non inuenisset; sic & illi qui de Francis scripserunt, ob eam causam Francorum nomenclaturam nouam putarunt, quia veteres auctores non

*Franci ante bellum Troianum ad Mæotidem habitauerunt.*

*Germanorum nomen falso nouum à Tacito dicit.*

admodum curiosè perlegissent. Si Tacitus Herodotum Germanos in Persarum exercitu recensentem vel legisset vel considerasset, si Dionysium Germanos ad Maotim collocantem cognouisset, num litteris mandasset Germanorum nomen nuper additum & inuentum fuisse? Non equidem opinor, nisi sciens volensq. voluisset simulare eorum se ignarum esse quæ apud hos veteres & ab omnibus laudatos didicisset authores. quod quàm sit veritati consentaneum, aliis examinandum relinquere malo quàm ipse iudicare. Neque itidem vel Procopius vel Agathius dissimulasset Francorum nominis antiquitatem, si vnumquam illi in mentem subiuisset, quoniam liberi Scythæ ab Herodoto commemorati fuissent. Deinde si posteriores vel horum etiam æquales eadem qua nos diligentia ab optimis auctoribus hæc petiuissent, numquam ad illam venissent vanitatem, vt Francos origine Troianos pronuntiaissent. Sed sint hæc in aulicis, inter quos Procopius & Agathius fuisse videntur, toleranda; certè in iis qui ex professione sua omnium veterum scriptorum cognitionem habere debuissent, haud scio qui ferri possint. Stephanus de viribus scribens, Historicus ne an Grammaticus haberi velit nescio, hoc scio, parum eum lucis ad Francorum originem attulisse, qui contentus Parthenium Phocensem testem aduocasse, Francos, quos *Φράγγες* scribit, Italiae gentem fuisse dicit, ipsis Alpibus vicinam: quod quidem verum fuit eo tempore quo iam non Galliam modò omnem, sed Insuariam etiam & Venetiam tenebant; verum nihil ad gentis primordia lucis hac notatione adferebatur. Melius sanè Procopius, qui quamuis ad Maoticum genus non perueniret, ad Rheni tamen ostia, ad quæ prius quàm Romanis noti essent confederant, originem deduxit; hac sua diligentia non Stephano modò & Parthenio, sed Agathio etiam præferendus: qui in Gallia eos quidem locauit, sed vnde locorum venissent non adiecit; vnum hoc satis esse credens, quòd Germanos haberi indicasset.

*Francorum nomenclatura antiquitas.*

Verum quia Herodotus ipsum Francorum nomen scriptis suis non intexuit, sed eius notionem Græca voce expressit, possitque inde litigiosis hominibus, & nullius quàm sua ipsorum inuenta amantibus occasio dari tergiverlandi, monstrabo circa hæc ipsa, de quibus Herodotus agit, tempora Franci nomenclaturam à Græcis fuisse celebratam: Quod vbi fecero, quid vltra erit causæ, ob quam dubitari queat de Francorum ea antiquitate, quam ego nunc tandem post tot seculorum decursum postliminij iure in integrum restituere conor? Vellem nobis quinquaginta Cononis ad Ptolemæum Philopatore scriptæ narrationes exstarent, aut ea saltem antiquitatum monumenta è quibus hic vir sua deprompsit: è quibus fortè copiosius de vetusta Francorum nobilitate differi posset. Verum quando frustra id genus vota concipiuntur, consolemur nos iis quæ beneficio Tarasij reliqua habemus: qui in eorum quos legerat librorum enumeratione ad Photium, ni fallor, patriarcham conscripta, inter cetera à se perlecta, & à me dum Romæ essem in breue compendium siue potius indicem redacta, harum etiam meminuit narrationum, quarum quarta tradit, Strymoni Thracum regi, cui Eionius fluuius olim cognominis fuit, tres filios fuisse, Brancum, Rhœsum & Olynthum; quorum Rhœsus quidem Priamo auxiliares copias adducens ad Troiam à Diomede iugulatur, Olynthus à leone in venatione occiditur; Brancus verò magno dolore affectus, Olynthum eo ipso loco quo expirauerat maestissimus sepeliuit: at cum in Sithoniam venisset, urbem condidit magnam & prosperis rerum successibus beatam, quam Olynthum vocauit; quo & maroris sui & fratris carissimi æternum esset monumentum. Atque hæc quidem summa est eorum quæ Conon quarto suo sermone Philopatori exponit: in quibus id in primis mihi annotandum, à Tarasio *Φράγγες* scribi, non *Βεγγες*. quod quamuis verear ne factum sit errore eorum qui transcripserunt (vt magna est hoc seculo Græcorum scribarum non incuria modò, sed etiam ignorantia) nolo tamen immutare, sed bona fide quod in duobus exemplaribus inueni, sed ab eodem archetypo sumptis, lectoris iudicio summittere. Nec verò quicquam rebus meis, quas molior, ex hac scriptura offertur impedimenti; immo contrà opinio mea ex hac ipsa lectione plus capit firmitatis, eo quòd peculiarem quendam Francorum in loquendo morem nostratibus omnibus in ore frequentissimum ostendat, ex quo luculenta probabilitas rationibus meis accedit. *Cast.* nobis hospitem vel conuiuio vel domo etiam exceptum significat, vnde factum, vt nomen omnibus iis tribuamus quos volumus significare viros

*Franci nomenclatura à Conone celebrata. Strymonis filij.*

*Cast.*

viros esse egregios & honore dignos dicentes, *Θις ε γαστ* / quod nihil aliud est, quam si Latine diceretur, Est hospes; quo nos tamen utimur non in hospite solum, sed in eo etiam quem perinde volumus atque hospitem honorari; vel quem dignum ducimus ut hospitio excipiatur. Nulla enim unquam gens maiorem hospitalitatis habuit rationem quam Germani; quod etsi de hac loquendi consuetudine non liqueret, claram tamen haberet Taciti testificationem; cuius verba operapretium est audire. Conuictibus, inquit, de Germanorum moribus loquens, & hospitium non alia gens effusius indulget. Quemcumque mortalium tecto arcere nefas habetur; pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. Cum defecere, qui modò hospes fuerat monstrator hospitij & comes proximam domum non inuitati adeunt; nec interest, pati humanitate accipiuntur! Notum ignotumque, quantum ad ius hospitis, nemo discernit. Abeunti, si quid poposcerit, concedere moris, & potendi inuicem eadem facultas. Gaudent muneribus, sed nec data imputant, nec acceptis obligantur. Victus inter hospites comis. Hæc Tacitus, testis nec domesticus nec pretio nec fauore corruptus, utpote Romanus, & Germanorum resp. causa iuratus hostis. Habuerint Græci Xenium Iouem, & quotquot visum hospitalitatis numina; nusquam tamen gentium tanta hospitij reuerentia quanta apud Germanos: quam religiosissime à parentibus meis veterum more domum suam ab aliis longè semotam habentibus obseruatam recordor. Verum exterorum hominum vitia vnà cum externis mercibus inuecta paullatim hunc morè laudatissimum corrumpunt, dum quisque vel Hispanus, vel Italus, vel nescio quis non videri maualt quam amicus suis & proavis similis; à quibus quantum recedimus, tantum à vera & germana Germanorum virtute degeneramus, qua deserta & contempta, nihil miri si iis quos æmulandos nobis proponimus, seruire cogamur. Vestes, linguam, omnem denique vitæ rationem externis moribus accommodamus, non alterius impulsu quam stolidæ peregrinorum admirationis & leuitatis, indignissimæ seuera maiorum disciplina.

Quis ergo nostram & vetustam Francorum tuebitur libertatem, si nos vltro dāmus in seruitutem? Sed seruiamus, quando nihil hodie nobis gratius quam seruire, moribus peregrinis, quos necessariò reliqua seruitutis mala consequuntur. Consideremus igitur nunc quid Strymon sibi voluerit, dum filium natu maximum *Βεργας*, siue *Βεργαστ* / nominauit; id est, liberum hospitem. Quid aliud quam ut ei de nomine semper succurreret, Francis maioribus siue liberis Scythis se natum esse; atque, idcirco perpetuò studeret hanc libertatē, quam & à maioribus accepisset, & nomine suo præferret, promouere; ea tamen ratione, ut dignū se præberet omnium honorū hospitio: quod quid aliud est quam ut sic ditionem libertatemque extenderet, ut ij quos imperio adiungeret, non hostem, sed hospitem omni honore & beneuolentia dignum experirentur? Dignū sanè nomen quo Musæ maritus filiū suum primogenitū nūcuparet, tum ut libertatis perpetuò maiorum ritu propagandæ moneret, tum ut hortaretur ad illa studia & vitæ instituta quibus homines consequuntur ut amentur, & vbique ab omnibus veluti reuerendi & sacrosancti hospites accipiantur: Quod autē Tau finale Græcus sermo reliquerit, id de sua fecit vocum finiedarum formula, cuius notiore quam ut egeat monitoris. Ex *Βεργαστ* igitur *Βεργας* factum, Græcis *Βεργ* pro V consonanti substituentibus, & in medio litteram tenuem in Gamma littera media occultantibus. Aptissima profectò vocabuli compositio, & sermoni veteriq. Germanorum consuetudini convenientissima propter studium & libertatis dilatandæ, & hospitalitatis sanctè colendæ singulare. Quod si Strymon hoc nomen filio dedit, cuius prior pars *Βεργ* esset, negari non potest, ante bellū Troianū huius vocis usum apud Thracas fuisse, quorū sermo cum idē fuerit cū Getico, & Geticus cum Germanico inferiore, ut in Gotodanicis demonstraui, habitantique. Germani ad Mæotidem eolipso loco quo Herodotus liberos Scythas locauit; qua fronte in ficias ibimus, hos Germanos se lingua sua Vrancos vocasse? Et hoc quidem satis mihi roboris habere videtur, quo Vrancus nomen non magis nouum quam quoduis aliud asseratur, cum eius usus ad tempora Troiano excidio superiora ab idoneis auctoribus referatur.

*Germanorum hospitalitas.*

*Auitos meros quid potissimum corrumpat.*

*Seruire externis quid Germanos edegerit.*

*Βεργας nomen etymon.*

*Strymonis ætas, imperij amplitudo, & monumenta.*

Verum quò hæc omnia plus ponderis accipiant, paullo accuratiùs in Strymonis genus inquirendum. Admiratione enim dignum videri queat, qui Thracum rex filio suo Francorum nomenclaturam voluerit indere potius quam vel suam ipsius vel aliam quampiam Thracibus gentile. De huius regis ætate non aliud legisse memini, quam id quod

Strymon fl.

Rhæsus à  
Diomede occi-  
sus.Strymon idem  
qui Eioneus.Strymonis no-  
menclatura  
ratio.  
Strij.  
Aerff.Mon.  
Man.

quod ex filij ad Troiam cæde colligi potest. Interim ex iis quæ de Polymnestore Thracum tyranno circa eadem tempora regnante, & ab Hecuba ob Polydorum occisum execrato feruntur, efficitur non totius Thraciæ imperium penes Strymonem fuisse. Verùm cum Polydorus ipse siue ipsius umbra apud Euripidem declaret, hanc auarissimam belluam in Cherroneso regnasse, non est difficilis huius controuersia explicatus. Strymon flumen, quo quidam Macedoniam à Thracia seiungunt, tametsi ab aliis limitibus Nesso tribuatur, clarissimo suo apud omnes ferè Historiæ scriptores nomine satis ostendit, quousque Strymonis regnum eo tempore fuerit extensum. In Amazonicis tradidi Treres origine Cimmericos esse, & ab iis bonam Thraciæ partem occupatam. Horum ego regem Strymonem paulò ante Troianam obsidionem fuisse existimo, & sic regnum dilataste, vt à littore Mæotico ad Ægæum vsque pertineret, atque inde Strymonem flumen nuncupatum, non secus atque Herculis columnas, quò Strymonis, qui huc vsque plurimarum gentium & asperrimorum montium victor pertigisset, memoriam conseruaret eternam. Non sum oblitus me apud Apollodorum legisse, Herculem, dum boues Geryonis ad Eurystheum ageret, Strymonem, nescio qua indignatione, lapidibus impleste; quo factum sit, vt cum antè nauigari potuerit, postea nequinerit: Verùm id vel anticipationi attribui potest, vel responderi, magnam esse in Heroicis temporibus confusionem, in quibus omnia vel ad Troianum excidium, vel ad Thebas, vel Argonautas referri videntur. At nostra minimè refert quàm mendax Græcia in fabulis sibi consentiat, hoc vnum agitur, vt demonstretur Franci nomenclaturam Troiana obsidione esse vetustiorum. Poëtæ, vt egregiè Iliadas suas ornarent, omnia vndique historiæ veteris, quam per manus à maioribus acceperant, monumenta ad Troiana figmenta congesserunt, parum solliciti quàm inter se temporibus concordarent. Apollodorus certè & Homerus & ceteri vates vno ore omnes Rhæsum ad Troiam venisse, & à Diomede, dum somno alto teneretur, occisum aiunt: at Homerus Eionei filium facit, Apollodorus verò & Conon & ceteri Strymoni ex Euterpe genitum scribunt. Nobis in hac veterum dissensione id probabile videtur, Strymonem nomen sibi Græcum adsciuisse, quò ostenderet se à littore Mæotico ad littus vsque maris Ægæi ditionem suam protulisse; eo quòd Græci Eiona littus vocent. Cimmericorum enim illi qui liberi siue Vranici vocabantur, littus Mæoticum olim tenuerunt, aliò nomine paulo patientiore Germani nominati; quorum cum pars Thraciam occupassent, Treres se vocarunt, ea quàm alibi doçui occasione. Eioneus ergo Græcum nomè est ab imperij latitudine sumptum, Strymon Cimbricū siue Germanicum: atq. hac ratione nulla erit in veterum scriptis dissensio, dum alij vernaculū nomen, alij quod post adsciuit exponunt, non maior sanè quàm si alius Africanum, alius Scipionem eundem virum nominasset. Quoniam verò perpauca omnino de hoc Thracum rege memoriæ prodita reperio, æquum erit vt iis vtat prisca veritatis indicia, quæ de priorum nominum rationibus petuntur; quibus haud scio, dum cetera nos deficiunt, an quicquam possit certius inueniri. Quamobrem, sicuti Brangas nomen Cimbricum esse deprehendi, ita Strymon quoque ex eadem lingua explicetur. Strij idem nobis est quod contendo siue pugno, quod conuersum id notat cuius causa omnis contentio inter mortales solet oriri: quoniam Yerst primum nobis significet. In conuersione autem sit pro vna littera duplici ferè accipitur, vt in Fast & Staf/ Staeh & Haest/ & similibus; qua de causa non permutatur ordo: quod non monuissem, nisi scire non desore qui scrupulosissime nouis hisce nostris obseruatiunculis obgannire nitantur, quorū causa & illud addendū, à quibusdā Strij scribi per duplex Iota, quod Græci non rarè per Ἰσίδυ transtulerunt, vt minus mirandū sit, ex Strei Strij factū Strei-man itaque, & prima vocali in quartam mutata, quod frequens est, Strei-mon idem notabit quod vir factus ad pugnādum, siue vir militaris, & nullum certamen detrectans. Est qui non agnoscat dignam homine à Vranicis oriundo nomenclaturam? Est qui non videat, quàm vox hæc eum deceat qui & aliorum regiones inuadit, & omnes eos quos ducit, tales esse vult qualem seiple profitetur? Nec veteres tantū quartam pro prima Latinorum vocali crebrò posuerunt, sed huius etiam temporis Germani superiores pro Luna, Mon dicunt, quàm nos Man vocamus; & multa id genus alia simili modo permutant. Non ignoro hæc minutiora esse quàm vt apud æquos homines moneri debeant, sed quid facias morosis ingeniis, quibus in hac nouitate

nouitate nihil satis firmum potest videri? Porro quia nihil plus virum ad certum veritatis argumentum confert quam demonstrare nostra non solum inter se, sed cum priscis etiam consentire, & eorum historiam elucidare; videamus, an sicut pater & filius natu maximus, ita Rhæsus quoque Germanicam habeat appellationem. *Rhæsi nomen notatiu.* Apud nos monstrosa magnitudinis hominem denotare nemo vel puerorum ignorat. Quod si monstrauero hanc nomenclaturam adamussim cum priscorum de Rhæso opinione quadrare, quid o isti dicetis qui hæc omnia nostra veluti vana repudiatis? Audiamus ergo patrem poetarum, quod ex ipso vera nominis ratio comprobetur. Apud hunc Dolon sic eum describit:

Ορσίτης δὲ ἀπάνευθε νηλεὲς ἔχεσσι ἄλλων,  
 ἐνδὲ σφιν ῥῆσος βασιλῆος, παῖς ἠϊονῆος,  
 τοῦ δὲ καλλίστους ἵππους ἴδεν, ἠδὲ μακίστους  
 λευκότεροι χόρος, θέειν δ' ἀτέμοισιν ὁμοίον.  
 ἄρμα δὲ οἱ χρυσῶτε καὶ ἀργύρεα δὲ ἠσκηται.  
 τεύχεα δὲ χρύσεια πελώρια, θαύμα ἰδέσθαι,  
 ἦλυθ' ἔχων· τὰ μὲν οὐκ καταβηχέσιον ἔοικεν  
 ἀνδρῶσιν φορέειν, ἀλλ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν.  
*Qui modo venerunt Thracæ, procul omnibus absunt  
 A reliquis, in eis Rhæsus rex. Eione crotus;  
 Cuius equos vidi pulcros, magnosque supremos,  
 A Equales ventis cursu; niue candidiores;  
 Auro atque argento currus stat comptus ad vnguem,  
 Aurea sunt arma, ingenti sed mole videnti  
 Miraculum, quæ non hominum, verum esse Deorum  
 Diuinis membris magnisque ferenda videntur.*

Quis rogo te Homere docuit, tam aptè, tam conuenienter nominis rationi virum delineate? Vix ab ea persuasione diuelli possum, poetam in Thracia multum versatum fuisse, in qua facile discere potuerit, quam Rhæsi nomen haberet significationem; & idcirco armorum descriptionem totam ei accommodatam fuisse reor. Equos dedit pulcerrimos & maximos, quantos Nestor fatetur se nunquam inter Troianas acies vidisse. Arma verò non contentus monstrosa fecisse magnitudinis, & admiranda iis qui viderent; eam adiunxit appendicem, qua omnem humani corporis excederent capacitatem, aiens Diis potiùs quam cuiquam mortalium conuenire. Quanta autem Deorum corpora essent, Mars cadens demonstrare potest; de quo sic poeta, si rectè memini, *ἔπειτα δ' ἔπειχε πέλεθερα πεσών.* Vel nihil omnino est in omni veteris memoriæ latitudine claritatis, vel hoc mihi videor perspicuum reddidisse, Rhæsum aptissimum nomen è prisca siue Vrancorum siue Germanorum habere lingua, quam Cimmericos omnes, & inter ceteros Threces vsurpasse, alibi satis clarè memini tradidisse. Apertissima est in Strymone ratio, & apertior etiam in Vrangas; sed Rhæsi nomen nullam amplius relinquit dubitationem, nisi quis velit obstinata & barbarica peruicacia etiam iis aduersari quæ luce ipsa sunt clariora. Dicitur verò *Rhæsus* / pro ingentis & monstrosa magnitudinis homine, à *Rhæis*, id est, affurgo in altum: quoniam nimirum altiùs quàm ceteri mortales increuerit; qua de causa liquet, nostratè esse vocem, à præterito imperfecto, quod est *Rhæsus* / de vernaculo nobis more deriuatam. Cum igitur Strymon & Rhæsus & Vrangas veras nominum suorum inuenerunt rationes, videamus an Olynthus quoq. Germanica voce nominetur. Hunc venationis immodicè studiosum fuisse de mortis genere colligi queat; quam talem Conon prodidit, ut inter venandum à leone fuerit occisus. *Doel-hunts* is dicitur qui canibus totus addictus est, qualem eum esse oportet qui feris persequendis semper insistit. Pro dialectorum varietate alij *Doel* / alij *Doel* dicunt: illud nobis, hoc Britannis frequentius, à quo Græcorum *δλον* manauit, quod nostratibus deberi etymologia demonstrat. Verum de hoc alibi. Olynthus igitur, adspiratione adempta, quæ non raro ob compositionis lenitatem reiiicitur, ab *Doel-hunts* deriuatur. Vrangas verò lamentabilem fratris cladem miseratus, ad æternam eius memoriam, quam ob ætatem & immensam venationis assiduitatem necdum rebus gestis, patre suo maiorumque propagine dignis, illustra-

*Rhæsi nomen notatiu.*

*Rhæsus*

*Olynthi ergo mon.*

*Doel.*

illustra-



Olynthi urbis  
conditor Fran-  
gas.

Euterpe Stry-  
monis uxor,  
Rhœsi ma-  
ter.

Franco bello  
Troiano in-  
terfuisse.

Rhœsus qua  
occasione in-  
terfectus.

illustrat; urbem condidit Olynthum nominatam, quam Demosthenes multo post orationibus suis nobilitauit. Stephanus Olynthum ab Herculis filio conditam tradit; è quo coniecturam facio, Strymonem Herculem quoque dictum fuisse, propter ingentem non bellicam modo virtutem, sed ob singularem etiam gratiam, qua omnia barbariæ agrestisque vitæ monstra ex his regionibus sustulit, quas imperio suo adiunxit: qua de re, præterquam quòd Hercules nomen meruit, hoc etiam apud Græcos est consecutus, ut Euterpen vnam Musarum uxorem habuisse celebraretur, è qua Rhœsum & ceteros procreauit. Iterum atque iterum memoria repetendum, quanto studio, quanta contentione poëta Rhœsi magnitudinem oculis subiicere laborarit; equos in primis ipsi dans maximos, deinde arma portentose magnitudinis; mox, quasi parum dixisset dum *πλωεῖα* dixit, adiungit miraculum ea esse ad videndum: nec hoc contentus, subiicit tanta ea esse, ut non videantur cuiquam mortalium, sed Diis ipsis immortalibus ferenda, propter ingentem nimirum eorum molem; de qua retum & vocis concordia factum, ut committere nequiverim, ut non assererem, Homerum vel notitiam linguæ nostræ apud Thraces aut alios accepisse, vel ab hominibus sermonis eius peritis plurima interrogando didicisse, vel saltem fabulas has Troianas ex lingua hac primum esse depromptas; propterea quòd videam hanc Rhœsi descriptionem ita cum nomine conuenire, ut impudentiæ esse videretur insignis, quemquam hæc casui tribuere velle, quæ tanta eloquentiæ vi poëta Rhœso accommodauit. Sit sanè, non intellexerit ipse nomen, hoc tamen negari non potest, eam apud præcos de Rhœso opinionem fuisse, ut maior communi hominum mensura crederetur: & tanta corporis mole excedentes nobis Rhœsos nominati. Quis modo non videt, omnia sic inter se consentire, ut nulla omnino vel rerum vel sermonis discrepantia queat inueniri: quando & Vrangas & Strymon & Rhœsus & Olynthus Germanicum est vocabulum, & res significata historiæ prorsus concors? Quid ni igitur audacter pronuntiemus, & patrem & filios à Germanis ad Mæotidem habitantibus, siue à liberis Scythis, oriundos esse; & ea de causa maximo filio nomen datum, quo Vrancorum memoria semper refrigeretur, in eo præsertim cuius esset patrem maioresque propagandis limitibus perpetuò imitari? Quòd igitur Dolon Rhœsum Thracum regem vocarit; id vel tribuendum personæ proditoris, quò claritate eius quem proderet facilius se liberaret; vel dicendum, tantam patris ditionem fuisse, ut non maximum tantum natu filium regem faceret, sed minorem etiam regno ornaret. Fuerunt itaque Franci in bello Troiano, vel illi saltem qui à Vrangis ducerent originem; sed minimè iuxta illorum sententiam qui nobis nescio quem Bauonem comminiscuntur; à quo longa serie Belgarum genus fabulosissimè citra omnem veterum scriptorum auctoritatem deducunt. Eustathius nescio apud quos lægerit, à Pindaro proditum esse, Rhœsum primo die quo ad Troiam venit, acerrimè cum Græcis conflixisse: qua in pugna maximam Græci cladem acceperint; à qua narratione non est alienum illud Hectoris:

Ἡ δὲν χεῖρας ἢ ἡμῶν δαμνέας  
Φύξιν βουλευούσι μετὰ σφίσιν. id est:

An nostris domiti manibus nunc Martèque fracti  
Consilium capiant fugiendi?

Verisimile ergo est, statim simulac Rhœsus appulisset, Græcos à Troianis Thracum auxilio fretis inuasos fuisse, & sic cæcos, ut Troiani negligentiores excubias egerint, ac ferè Thraces locorum ignaros prodiderint; non illi quidem consultò aut prudenter, sed mala custodia: cui incuriæ accessit error ille maximus in exploratore mittendo; qui, quò vitam suam ignauam seruaret, Rhœsum prodidit. Cetera quæ huc spectant, quæque de equis ipsius fatalibus feruntur, apud Poëtas cognoscenda, inter quos Virgilius hæc paucula:

Nec procul hinc Rhœsi niueis tentoria velis

Agnoscit lacrymans, primo quæ prodita somno

Tyrides multa vastabat cæde cruentus:

Ardentèsque auertit equos in castra, priusquam

Pabula gustassent Troia, Xanthumq; bibissent.

Non est omnino annotatu indignum, apud Græcos Rhœsi nomen *ῥῆ* in principio habere,

bere, apud Latinos verò diphthongum ex quarta & secunda vocali commixtam; quam discrepantiam Grammaticis relinquens suo arbitratu iudicandã, id vnum dico, vtrãuis scripturã cū lingua nostra conuenire. Siue enim *Athoes* / siue *Athees* dicas, iuxta intelligeris de homine loqui enormi corporis magnitudine monstroso. Et hæc quidem de Rhæso.

CETERVM quid hoc sibi vult, Strymonem liberos suos ex Euterpe vna Musarum velut vxore sua sustulisse, si originis Germanicæ fuit, siue Scythicæ ab ipsa Mæotide repetendæ; ad quam non barbari modò, sed omnium barbarorum barbarissimo habitare à Græcis putabantur? Quàm barbari fuerunt Getæ athanatizantes, quàm barbari reliqui Scythæ, immò cōtrà quàm omnibus Græcis sapientiores, alibi tradidi: hoc loco ex ipsa Græcorum confessione liquet, Strymoni Thracum regi vnam Musarum vxorem fuisse. Num igitur suspicandum Thracem hunc barbarum & ab omni humanitate alienum fuisse; an potius contrà tanto scientiarum omniumq. virtutum ornatu præditum, vt maritus dignus Musa videretur? Et quam Musam ei coniugarunt? Nempe eam quæ omnis honestæ oblectationis mater est atque præses, eaque de causa Euterpes nomen sortita. Quid porrò facit vt homines veris & honestis oblectamentis perfrui queant? Quid? Num aliud quàm illud, in ea hominum societate versari, in qua nemini ne quid iniquè ferat est timendum? quam talem esse oportet, vt boni honoribus & præmiis ornentur; mali, si qui sint, pœnis castigentur; aut si castigari non possunt, tamquam putrida membra recidantur. Illa sanè solida esset in vita voluptas, in eiusmodi Rep. viuere posse, quæ si contingeret, vix ipsi paradiso postponenda videretur, maximè si ab vno capite in hac omnium rerum æquabilitate contineretur. Quamobrem non aliud in Strymone Euterpe significat, quàm eum regem fuisse omnium iustissimum & æquissimum, summa prudentia regni sui tranquillitatem semper & vbique spectantem, cui salus populi sui in omnibus cogitationibus summa fuit vtorum, ad quam omnes suas curas, omnes certationes, omnia bella referebat. Quoniam igitur omnium eius ætatis hominum facile princeps esset, tum bonarum artium studiis, tum populis regendis & cõponendis ad suauem vitæ cõmunis quietem; meritò eam dicitur vxorẽ habuisse, quæ veris hominum deliciis præfideret. Illud itaq. quod plurimis post sæculis Platoni placuit, vt penes philosophum imperij ius esset, in hoc cernebatur ita clarè ab omnibus, vt nõ à suis modò, sed ab iis etiã quos armis subegisset, Musarum connubio dignus iudicaretur. Hoc certè solum & vnicum regis potestatis fundamentum est & stabilimen, vtraq. re æquè valere, & sapientia totius iuris inter homines dispensatrice, & forti animo ad rebelles & cõmuni hominum tranquillitati aduersarios ad æquitatis leges cõpellendos. Absurdum enim sit, eum nauis præficere gubernatorẽ qui non de sua scientia clauum tenere posset, verum aliorum arbitratu omnem cursum dirigeret, ipse interim ignarus malè ne an bene officio suo fungeretur. Optandum profectò, si vniquã aliàs, in his maximè quibus nunc vexamur & dilaceramur procellis, vt Musæ regibus nubant, & eam prudentiam inspirent, quæ turbas & dissensiones Reip. Christianæ exitium minantibus extremum reducere possit ad pacem & tranquillitatem, iam olim feruidis piorum votis frustra expetitam. Breuissimo cõpendio omnem tum bene regnandi disciplinã, tum eam quæ inde in ciuitatibus consequitur voluptatem hoc Strymonis & Euterpes coniugium cõplecti videmus, & vnã afferri inspiciendum de contrariorum collatione, quàm tristis facies sit eius hominum societatis, in qua ij qui gubernant, omnem Musarum amorem non cõtemnunt modò; sed etiam veluti pestilens virus oderunt, & quoad eius possunt à ciuitatibus pellunt & exulare cogunt. Liquet itaq. contentionem eam quæ Strymonis nomine significatur, non aliò spectare, quàm vt tranquilla vitæ suauitate homines perfruantur, nihilq. vel ciuilis vel externæ molestiæ hanc dulcissimam quietem perturbare possit. Neque enim, veluti iniquus dominus aut tyrannus, populum suum seruitute opprimere, tributis & vectigalibus exhaustire, lucrosis quadruplatorum & sycophantarum calumniis in vitæ & fortunarum discrimen adducere studebat; sed contrà ad id semper summa contentione niti, quò omnes honesta libertate citra licentiam gauderent, & filiis suis, non seruis, similes essent; nõ ignarus Dei imaginem, qui omnium pater est in terris, regem præ se ferre, seq. patrem & pastorem, non lupum, gregis sui diuinitus constitutum. His illud conuenit, primam ab ipso prolem generatam à libertate nomen habuisse, extra quam nulla solida homini sunt oblectamenta, quæ Euterpe nomine suo pollicetur. At verissima libertas in sola illa homi-

*Strymoni cui  
Euterpe, vna  
Musarum,  
& xor assignatur.*

*Strymonis  
viri &  
prudentia.*

num communitate cernitur, quæ ab vno iustissimo sapientissimoque rege gubernatur: quod cum vetustissimi hominum intelligerent, non aliam ferè quàm Regiam potestatem laudarunt: quod latius vel examinare vel exemplis docere alterius esset negotij, & illius quidè latissimè patentis. Satis sit nobis, causam commonstrasse ob quam Euterpe Strymoni Vrancasti patri nupsisse scribatur: quæ vt nostræ quoque atatis Regibus dotem suam adferat, Deum Opt. Max. precemur; quo omnes, vt Vrancii sumus origine, ita simus quod nominamur: id est, in ampla honestæ libertatis possessione à Rege, qui pater nobis & pastor esse debet, conseruati. Atque hæc quidem de Euterpe Strymonis coniuge, quæ vel ad allegoriam solam referuntur, vel hoc præterea indicat, Strymoni tam prudentem sapientemque vxorem cõtigisse, vt Euterpe vocari & Musis adscribi omnibus omnium subditorum suffragiis mereretur: cuius quæ Cimbrica fuerit nomenclatura nec memini legisse, nec magni refert; cum mariti & filiorum nomina satis ostenderint cui genti tota hæc antiquitatis lux debeatur. Pergamus modò ad id quod agebatur, vt clarum nimirum fiat, huius nominis quo Franci vocantur, vsum iam olim ante Troianum excidium apud Cimmericorum colonos fuisse; quorum partem si liberos Scyrhas Herodotus vocari scripsit, iam tum cum Amazones primùm maritos adsciscerent, quid ni asseramus, hos quos liberos dixit, sua lingua Vrancos se nominasse, maximè cum postea promiscuè vel Germanos vel Vrancos eadem gens se vocarit.

Verùm licet hæc abudè sufficere possint ad Vrancorū originis antiquitatè illustrandā, alijs tamè adscendā ad primos natales, maximo veteris poëseos & historiæ impulsu penè coactus. Qua in re, ne fabulæ principiò adductæ veritati officiant, ex historia apud omnes extra malæ fidei suspicionè posita exordiū sumam. Nemo est qui nesciat nõ minus antiquum quàm celebre Branchidarū oraculū apud Græcos fuisse, quod æquè atq. Delphicum tum publicè tum priuatim consulebatur. Herodotus in sua Clio eius in hanc ferè sententiam fecit mentionè: Cumani autè statuerunt deum Branchidarū consulendum esse. Erat enim illic oraculū peruetustū, quo Æoles Ionesq. vti consueverunt. Oraculum hoc in Milesiorum agro situm est ad lacū Panormum. Hæc ille de hoc Branchidarū oraculo, cui quis deus præsideret, nõ expressit, tamen cum in progressu narrationis regem appellet, quod ad Apollinè videtur referendū, quia apud poëtas rex ferè Apollo nominatur. Idem paullo prius cõmemorat, Cræsum ad Branchidas oraculo Milesiæ quoddam misisse, vt oraculum de exitu belli quod contra Cyrum moliebatur, consulerent. Quàm verò fuerit vetustū non magis scitur quàm quo tempore vel Dodonæum vel Pythium consuli cœperit; at quo tempore à Branchidis fuerit desertum, ex historia constat. Xerxi enim Græciam inuadenti, Branchidæ vtrò templum suum cum omnibus thesauris tradiderunt, vt Strabo, vt Plutarchus, vt ceteri scriptis suis testantur. Mirum profectò, si quid aliud, ipsos factorum præfectos sacra sua citra necessitatem, quam historia scriptores nullam cõmemorant, barbaro regi & solius ignis cultori prodidisse. Equidem ea quæ potè consecuta sunt, quæq. præmij remunerationisq. loco à Xerxe petiuerunt, considerans, non possum non in hanc concedere opinionè, vt credam Branchidas vetustæ superstitionis & vanitatis Græcanicæ, quam ipsi contra conscientiam suam lucridumtaxat causa alebant, tandem pertæfos occasione arripuisse qua liceret, dæmoniacæ fraude prodita & deserta, ad antiquissimas auorum sedes commigrare, & in iis vnus Dei cultum adorationemq. reuocare, quam in Græcia nemo ausus fuisset profiteri, nisi simul mortè quoq. subire voluisset. Manserunt illi quidè maioresq. ipsorum multis sæculis in sceleratissimo hoc dæmoniacæ fallaciæ quæstu, sed sic videmus in id genus rebus ad religionè spectantibus frequèter euenire, vt à superstitione in hominū animis cõfirmata, & dira grauiū pœnarū cõminatione sancita, tardissima fiat digressio; & ea quidè à paucissimis, quos videlicet diuina gratia benignitatis suæ lumine è tenebris euocarit. Habuerunt fortassis eo ipso tempore quo Xerxes toti Græciæ imminebat, alias etiam ob quas sic de rebus suis statuerunt occasiones, quas coniectura velle persequi magnæ sit vanitatis. Dæmonis certè mendacia & manifesta in responsis impietas, qualis non rarò in ipsis apprehenditur, ingentem causam habent ad totam superstitionem contemnendam & detestandam. Si Aristodicus, vnus Heraclidarum apud Cumanos Ioniæ, ausus est Branchidarum deo vrbano ioco illudere, & ostendere quàm sibi non constaret, quamq. impiè de Pactya respondisset, vt Herodotus refert: quid miri si Branchidæ assidui

Branchidarū  
oraculum.

Branchida  
Xerxi cur templum suum cum thesauris prodiderint.

vanita-

vanitatis oraculorum auditores dæmonem suum contempserint, & vt fallacem impostorem, non vt Deum, æstimarint, tandemque frequenti & perpetuo mendaciorum impulsu ad vetustam maiorum veritatem respexerint, à quibus per manus acceperant, vnum Deum cæli & terræ creatorem esse, eumque solum adorandum; eoque de impostore suo deserendo cogitarint. Hæc vt existimem ita habere, eo adducor, quod videam, dum integrum esset petere à rege aliam sibi sedem dati intimis regni penetralibus vicinior, eoque commodior ad res suas promouendas & ad dignitates consequendas, Sogdianam tamen sibi elegisse, quæ longissimè gentium à Suis & Babylonia abesset. Aliquid saltem fuisse quod eos impulit ad id faciendum necesse est confiteri. Græci, vetustioris memoriæ ignari, credunt eos tam longinquam regionem petiuisse, quod securiores essent à Græcis, quorum Deum & oraculum prodidissent; ne quando pœnas dare cogentur. Egregium verò commentum. Num illis fortasse iam tum Alexander Macedo in animo versabatur, cuius maiores illo adhuc tempore rebus Atheniensium & Spartanorum longè latèq. florentibus in obscuro latitabant, nullo numero apud Græcos computati. At ita fore vt aliquando Græcis pœnas luerent, Deus prædixerat. Illi videlicet qui dæmonem deserebant & Persis prodebant ipsius thesauros, oraculo eius credidissent, & si credidissent, an non potius intima regni petiissent, quæ nimirum scirent accuratius ab hostili incursum custodienda? Vana sunt hæc, & nullis nixa verisimilibus coniecturis. Quamobrè aliam causam fuisse sentio quam explicare nitar. Indoscythica nostra demonstrarunt, ad Paropanifum post diluuium arcam seminarij humani hæsisse, & inde Nochum egressum vitem inuenisse in Margiana, cui Bactriana adiacet atque Sogdiana: Has autem regiones vnà cum omnibus iis quæ Septentrionem versus porrigebantur, Iapeto obrigisse siue sorte siue patris, quod credo, designatione. Viguit igitur his locis diutissimè verus vnus Dei cultus, & omnis philosophiæ occultioris cognitio, quæ Magiæ nomine in Zoroastro antiquitas celebravit. Branchidæ itaq. vt iam veteri rursus maiorum disciplinæ inhiabât, ita locis iis quàm proximi esse cupiebant, in quibus eam adhuc quàm integerrimam esse opinabantur. Sogdianam igitur ea causa elegerunt, quod Bactriana Persis vicinior plurimum de finitimorum contagione superstitionis externæ imbibisset, Sogdiana verò Scythis incorruptis adhuc cõtigua ad præcos vitæ ritus renouandos non paruum momentum habitura videretur. Hoc igitur quærebant, vt hominibus externos vel ritus vel mores necdum amplexis proximi habitarent, & illorum vicinia & libertatem & præcæm viuendi consuetudinem & acciperent & tuerentur. Iam quis est tam communis sensus expers, vt nesciat omnibus natura insitum esse, vt antiquissimas maiorum sedes admirentur & caras habeant, & si commigrandum sit, earum maximè amore ducantur, quod vel in ipsis, si fieri possit, vel saltè proximi commorentur? Apud Scythas autè Germanicam adhuc linguam eo tempore viguisse de Pharamanis regis Chorasmianum nomine coniectare licet, cuius in Becceselanis dedi interpretationem. Hic cum mille quingentis equitibus ad Alexandrum iam Scythiæ fines ingressum venit, aiens se finitima Colchis & Amazonibus tenere, & Alexandro, si gentes ad Euxinum pontum habitates subiugare in animo haberet, ducem fore itineris, & in tota expeditione prouisurum, ne cõmeatus exercitui deesset. Vnde liquet per amicas & socias gentes Pharamanem venisse, & Alexandri copias ducere cogitasse: quales ni fuissent, nec ipse tam facile ad Sogdianorum vsque limites penetrasset, nec necessaria Græcorum exercitui suppeditare potuisset. Mihi sanè omnè antiquitatè reuoluenti probabile videtur, Vrancorum olim apud Scythas tantam fuisse vel potentiam vel dignationem, vt à Maotidis vsq. littore ad Sogdianos tutum iter haberent. Quod autem facilius credam Pharamanem Vrancum fuisse, facit tum nominis ad Pharamondum, qui multis post seculis Francorum rex fuit, allusio, tum vicinia ea, quam cum Amazonibus se & Colchis habere dicebat. Branchidas itaq. crediderim Sogdianam sibi habitandam elegisse partim propter vetustam primorum parentum post cataclysmum memoriam, partim vt eos haberent finitimos, quorum linguam eandem esse scirent qua maiores ipsorum vsi fuissent, quamque ipsi in arcanis apud Græcos, vt suspicari lubet, seruassent, per manus nimirum semper acceptam. Conditum igitur hic opidum tam diu tenuerunt; dum Alexander famosus totius Asiæ latro Oxo superato Sogdianam direptum venisset. Is enim, nescio quo furore irati Bacchi accensus, totam gentem deleuit, vltus parentum sacrilegium immani suæ crudelitati prætexens, quam Quintus Curtius sic descripsit, vt

*Branchida  
cur Sogdianam  
sibi à  
rege petendam  
elegerint.*

*Pharamanes  
Chorasmianus  
rex.*

*Alexander  
Macedo Sogdianam  
direptum  
venit, et Branchidarum  
gentem deleuit.*

& ipse damnare videatur, & aliis reddiderit abominandam. Huius verba, quoniam res non omnibus nota est, non abs re fuerit huc transferre: Peruentū, inquit, erat in paruulum opidum, Branchidæ eius incolæ erant, Mileto quondā, iussu Xerxis, cum è Græcia rediret, transferant; & in ea sede constiterant: qui tēplum quod Didymæum appellatur, in gratiam Xerxis violauerant. Mores patrij nondum exoleuerant; sed iam bilingues erāt, paullatim à domestico externoq̄. sermone degeneres. Magno igitur gaudio regem excipiunt, urbem seq̄. dedentes. Ille Milesios qui apud ipsum militarent, conuocari iubet. Vetus odium miles gerebat in Branchidarum gentem. Proditis ergo, siue iniuriæ, siue originis meminisse maliēt, liberum de Branchidis permittit arbitrium. Variantibus deinde sententiis, seipsum consideraturum quod optimum factū esset ostendit. Postero die occurrentibus, ad Branchidas secum procedere iubet. Cumq̄. ad urbē ventum esset, ipse cum expedita manu portam intrat. Phalanx mœnia opidi circumire iussa, & dato signo diripere urbem proditorum receptaculum, ipsosq̄. ad vnum cædere. Illi inermes passim trucidantur, nec aut commercio linguæ aut supplicum lamentis precibusq̄. inhiberi crudelitas potest. Tandem vt deiicerent fundamenta murorum ab imo molliuntur, ne quod urbis vestigium exstaret. Nec mora, lucos quoq̄. sacros nō cædunt modò, sed etiam extirpant, vt vasta solitudo & sterilis humus, excussis etiam radicibus, linqueretur: quæ si in ipsos proditoris auctores excogitata essent, iusta vltio esse, non crudelitas videretur: nunc culpam maiorum posteri luère, qui ne viderant quidem Mileti, aded Xerxi non potuerant prodere. Hæc Curtius. Audiatur & Plutarchi Græci hominis de Græco rege iudicium. Eius, Bilibaldo interprete, hæc est sententia: Nec Alexandrum & qui mirè eum admirantur ac amant, ex quorum numero nos quoque sumus, laudare solent, quòd Branchidarum urbem funditus subuerterit, omnemq̄. atate penitus exciderit; quoniam ab eorum maioribus Mileti templum olim proditū fuerat. Bene profectò Charoneus amentem regis crudelitatem condemnat: sed est ita ferè vt iustissima quæq̄. gens diris tyrannorum tormētis maximè obiciatur, quibus numquam deest quod immani suo furori prætexant, perinde vt ouem lupo ob turbatam sibi aquam apud Æsopum deuorat. Ceterum hæc de Branchidis satis sunt; at ea nihil ad propositum nostrum facient, nisi vltèrius quærat vnde Branchidarum nomen deriuetur. Quemadmodum itaque Romulidæ à Romulo, ita Branchidæ à Branchio dici videntur. Quamobrem vt origo gentis in lucem eruatur, necesse habeo inuestigare quis fuerit Branchus, & quibus parentibus ortus. Græci, vt modò dictum, ea consonante carent, cuius figura eadem est cum quinta Latinorum vocali. Loco autem eius Beta vtuntur, cuius apud eos, perinde atque Hebræos, duplex sonus esse potest. Quod igitur nos dicimus Vrancus, illi *βραγχος* scriberent, nec aliter tamen quàm nos pronunciant, seruato quodam idiotismo litteras alias ad sonum aliorum cogente; qui notior est, quàm vt odiosè sit pluribus explicandus. Non parum modò nobis effectum est à Branchidis ad Branchum, à Branchio ad Vrancum progressis, quandoquidem posthac negari nequeat, priscam esse Vrancorum nomenclaturam, quæ quid significet, modò explicatum.

Branchidas  
à Branco seu  
Vranco dictos  
fuisse.

Branchus seu  
Vrancus quis,  
ex quo patre  
genitus.

RESTAT vt quis hic fuerit Branchus siue Vrancus, inquiratur. Vt oraculum hoc Milesium & antiquissimum fuit & celeberrimum, & ab omnibus vno consensu Branchio adscriptum, ita in nullo siue Deo siue Dei filio plus obscuritatis est apud scriptores. quod Lilius Gyraldus animaduertens, omnem dubitationem ad Lactantium Thebaidos commentatorem reiecit. Hic verò, ad octauum Statij librum, illa, ex nescio quo diuinarum rerum Varronis loco, refert quæ nec Varronis dictionem sapiunt, nec quicquam sani habent explicatus: & aded non faciunt ad Statij sententiam adstruendam, vt nonnihil aduersentur. Branchum enim Simeti cuiusdam, cuius pater Olus fuerit, decimus ab Apolline, filium statuunt, ex obscura & ignobili matre; cui hoc affugunt, vidisse eam in somnis per fauces suas Solem intrasse, & per ventrem exisse, & ea de causa filio nomen datum esse Branchio. Huius deinde osculo sic Apollinem delectatam fuisse, vt ipsam rapuerit; atque inde templum Branchiaden consecratum Apollini Philetio. Hæc aliis verbis exposita qui apud Lactantium legit, facillè cernet quàm non bene compta sit fabula vel verbis, vel rerum consonantia. Staius templum ipsi Branchio tribuit, & Apollinem patrem eius asserere videtur.

Dum

Dum enim libro tertio complura, variaque oracula enumerat, huius etiam facit mentionem; sed verbis perquam paucis:

— patrioque æqualis honori

*Branchus.*

Strabo Machærei nepotem fuisse scribit, parentum propiorum nulla habita ratione; non aliam, ut opinor, ob causam, quam quod nihil certi de iis comperisset. Idem libro decimo quarto latius de hoc oraculo, & quidem sic, operæ ut sit pretium sententiam eius referre: Post Posidium Milesium deinceps Apollinis Didymæi apud Branchidas oraculum circiter decem & octo stadia ascendenti offertur, quod templum à Xerxe incensum est atque exustum, ut cetera omnia, vno Ephesio excepto. Branchidæ autem, quod thesauros Dei Persæ tradidissent, unà cum ipso iam fugiente discesserunt, ne pœnas darent sacrilegij & proditionis. Milesij postea templum omnium maximum extruxerunt, quod sine tecto permansit ob amplitudinem. Certè ambitus maioris fani integram viciniam habitationem continet, intra & extra quem lucus est sumptuosè ornatus. Iam alia fana ipsum oraculum & sacra complectuntur. Hic etiam fabulantur ea contigisse, quæ de Brancho & Apollinis amore feruntur. Hæc ille, in quibus nihil rursus de Branchi patre. Lucianus Branchum ita depictum refert, ut formosus adolescens saxo insidens leporem manibus teneat, ad quem canis assultet, adstet verò Apollo spectator & formæ & lusus. Nec hinc rursus aliquid evidentioris notitiæ consequimur; nisi quod pictorem ingeniosè in lepore & cane & puero & amante lusisse videamus, eumque intelligamus de impudico amore Apollinem traduxisse, ut prava impiorum hominum ingenia abominandas suas cupiditates libenter Diis adscribunt; quò eorum, dum id genus infanda & monstrosa scelera committunt, similes esse videantur. Quisquis tamen flagitij huius turpissimi auctor fuit depingendi, non malè id indicavit, non aliud eiusmodi amatores deliciis suis esse, quam canem lepori: quamquam non ignoro quid lepori cum cynadis, & cani cum pæderaste. Ad illud allusit Terentius: *Tute lepus es, & pulpamentum queris*; quod Grammaticis relinquo. hoc verò canes quotidiana sua docent impudentia. Sed in malam rem hæc scelerum turpitudine. Modestius & propius vero illud est quod est apud Terentianum:

*Pastorem Branchum cum captus amore pudico  
Fatidicas sortes docuit depromere Paan.*

Nos de hac caligine, qua natales Branchi apud vetustos scriptores inuolutos videmus, illud in certissimis habemus, Ogygiam prorsus esse huius fabulæ originem, atque idcirco exordium eius causamque prorsus ignotam Græcis fuisse; inter eos tamen de vocis apud Græcos significatu illud quod ex Lactantio retuli existisse figmentum, dum eos omnis certior notitia defecisset. Aliàs non semel monui, plus priscis fabulis subesse mysteriorum & antiquariæ cognitionis, quam à quoquam hætenus sit explicatum. Orpheo certè communi omnium consensu fabularum veterum originem tributam esse omnes sciunt, non poëtices modò periti, sed omnes etiam ij qui vel primoribus labris humaniores litteras delibarunt. Hunc item Thracem fuisse omnes vno ore confitentur, quo perspicuum faciunt, ab iis Orphicam siue mythologiam siue theologiam emanasse, qui Thracum lingua, quæ eadem cum Germanica fuit, vterentur. Inde illud est quod Orphei ætatem non multo faciant Troiano excidio superiorem: quod nimirum circa ea tempora Græcia primùm litteris excoli cœperit, quarum bonam partem Strymon & Tereus videntur inuexisse; & id quidem inuitis & repugnantibus: ut nostra quoque ætate vidimus euenisse, dum primùm Græci Latini que scriptores à quibusdam Strymonis imitatoribus inuitis Barbarorum scholis obtruderentur. Qua tamen in re falluntur, non aliter atque in Mercurio, credentes nomen Orphei proprium alicuius viri fuisse: quandoquidem, ut alibi indicavi, alibi latius docebo, Orpheus omnis is dici mereatur qui aures format, & iis ita patrocinator & præest, ut ea primùm instillet quæ maxime deceat vnumquemque scire, idque faciat ea in moderatione, ut veritas ipsa, veluti casta virgo, honesta & decora stola veletur. Et Strymon itaque & Tereus & si qui his fuere vel priores vel posteriores (ut fuere quamplurimi, tametsi nomina eorum sint oblitterata) Orphei dici merebantur, tum præsertim dum fabulas, quibus vel historia sacra vel aliud quippiam tegetur, docerent. Quæ cum ita sint,

*Branchi fabula Ogygiam prorsus esse originem.*

*Mythologia siue Theologia Orphica apud Thracas orta. Græcia quando & à quibus primùm litteris excoli cœpta.*

*Orpheus quis dicatur.*

non est quòd quisquam nos aut vesaniæ aut vanitatis condemnet, si quæ de Brancho & Apolline conficta sunt, ea ipsi veritati de Thracum sermone applicemus, doceamusque de quo fonte figmenta manarint, è quibus post malè captis plurimi pestilentes errores cacodæmonis fraude prauorumque hominum avaritia instigante profluxerunt. Si

*Moses veritatis scaturigo, antiquitatis norma. & historiae omnis amussis.*

Mosen limpidiſſimam Veritatis scaturiginem, si totius antiquariæ cognitionis normam, si omnis denique historiæ amussim nuncupauero, nihil mihi videbor dixisse quo non splendidiora præconia mereatur. Hic dum prima gentium post cataclysmum exordia statuit, Nochum omnium patrè sic inducit Iapeto filio suo natu minimo benedicentem: *Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitq; Chanaan seruus eius.* Quid rogo hæc consecratio aliud Iapeto promittit, quàm tà latè posteros eius regnatos, vt non sua modò orbis parte se cõtineant, sed ad aliorum etiam regiones imperium suum proferrant, habitentque in Asia & Africa: quarum illa Semo, hæc Chamo in herciscuda vna totius orbis familia, paterna obtigit cõstitutione. Quòd si de huius promissionis diuinæ Iapeto per patrem suum sancitæ fonte vox aliqua deriuanda esset quæ totam eam significatu suo complecteretur, num alia commodior inueniri posset quàm Vrancorum appellatio, quæ sic eos depingit & exprimit, vt homines esse dicat palmites suos ramosq; longè extendentes? Haud equidem video, nisi aliis magis quàm ego Lynceus eam mihi cõmonstret. Extendit vitis palmites suos, extendit arbor suos ramos; neutra quidè antè conteta, quàm omnem latitudinem, cuius natura capax sit, explet. Qui cognationis gradus genealogiamq; cuiuspiam gentis inquirunt, arborem facere solent, cuius ramos tam latè longèque diffundunt, quàm cognatorum soboles sese porrigit: eleganter illi quidem & ingeniose id meditati, at longè elegantior in Vrancii nomine similitudinem expressam videmus. Cum enim Francus non cuiusvis arboris, sed propriè vitis ramum designet, sit vt Francus is dicatur, qui perinde atque vitis longè latèque ramos in omnem partem dif-

*Franc.*

*Vitis natura & in arboribus dominii.*

fundit; in quo quanta vis sit, ipsa vitis natura demonstrat, cuius ego in hac regione, quantumuis vitibus iniqua, brachia dimensus sum quàm sexaginta pedes longius à matrice trunco progressa. Quòd nisi putatione coercerentur, quis tandem esset finis licentiæ? Iam videmus proprium vitis esse, sic aliena inuadere, vt veluti domina omnium supremum semper occupet, & arborum ramos sic vinciat, quasi serui essent catenis alligati: tantaque ea in re vitur licentia, vt quamuis collibus maximè gaudeat, nulli tamen arbori parcat; aded vt & salices ad ipsas paludes & stagna vincula ferre cogantur: quòd in Ferrariensi agro & aliis locis Pado vicinis licet videre. Quid multis? hæc & longissimè ramos suos extendit, & omnes arbores, veluti earum regina, superat; earum ministerio, perinde atque seruorum, vtens; & ne subterfugiant, vinculis etiam artibus constringens. Et verò sic est à natura optimo iure comparatum, vt ei plantæ omnes ceteræ subseruiant, cuius fructus omnibus ceteris est excellentior & diuiniore: vt pote qui eum liquorem hominibus largo cornu fundat, quo nihil suauius, nihil salubrius, nihil lætius, nihil ad vires corporis, nihil ad pectoris generosum robur, nihil ad animi magnitudinem & sublimitatem, nihil denique ad iucundam beatamque vitam aut præsentius aut efficacius. Huic igitur Iapeti consecrationem maiores potius quàm alij cuiuspiam arbori conferre voluerunt; eo cuius naturæ rerumque ciuiliū perito iudicantes, sibi non secus inter homines atque viti inter arbores ius esse, vt omnium fines aliorum occupent, & ceteris hominibus tamquam ministris vtantur, ea tamen id lege, vt non minus quàm vitis muneris hominibus, quos superarint, rependant. Quid verò rependunt?

*Vitis commoda & utilitates.*

*Iapeti posteris non minora munera quàm vitis hominibus contulerunt.*

bonos mores, humaniores disciplinas, cõmunis vitæ tranquillitatè, omnia deniq; ea quæ ad bene beatèque viuendū sunt necessaria. Sic Cimmerici Græciam, sic alias regiones & inuaserunt & superarunt: sic Strymon Thracas vicinosque, sic alij alios vicerunt; vt victis ingens lucrū, victoribus nihil præter laborè & negotia in rep. constituenda & ciuili vita formada accederet. Quanto enim plures ditione sua cõtinebant, quanto plures imperij sui vinculis sibi alligabat, tato plus beneficiorum toti orbi largiebatur. Et quorum quæso beneficiorum: eorum, inquã, quæ pretiosissimo vino collata plus tamè habeat diuinitatis, & tato quidè plus, quàm animus corpore præstator est & diuiniore. Verum hic locus cum inges volumen posceret, tum aliū etiam oratorè, quò magnitudo beneficij, quò agrèstibus & feris hominibus præstatur dū ciuilibus vitæ institutis adfuescere docetur, pro dignitate exponeretur. Nobis sufficiat aperire fontes, è quibus excellentiora ingenia & à sapientiæ

studis

studiis & dicendi facultate plus præstitura, quantum velint haurire possint.

PORRO necdum illud attigimus, quod omnium est primum, à Iapeti posteris orbem in vnam iuris communionem sic redactum, vt apta ciuitas videretur, in qua vera religio caperet exordium & augmentum. Cùm enim Romani Ianigenæ potissimam Asiæ & Africæ partem tenerent, Christus nasci voluit, quo tempore Iapeti genus in tabernaculis Semi habitabat, & Chanaan posteros seruitute premebat. Sed hæc alterius sunt loci & considerationis; hîc illud agimus, vt nemo non clarè cernat, quàm apta sit vitis & Iapeti comparatio, quàm significanter Vrancium nomen eam exprimat, quàmque hæc sacris litteris sint consentanea. Sanè si diuinum Mosen rogemus, nemini dicet concinnius veriusque hoc nomen quàm Iapeto conuenire secundum eam quam habet in Cimmericorum siue Ianigenarum lingua interpretationem. Primum igitur Vrancium post diluuium dicemus Iapetum fuisse, & eum quidem ex diuina patris consecratione ita nuncupandum, si æquum est vt illo titulo quisquam honoretur, quo eximia & summa eius dignitas intelligatur. Poterant hæc quidem satis esse ad insignem Vrancorum & vitis conuenientiam demonstrandam; sed non patitur ipsa veritas, vt hac sola contenti ipsorum nominum concordiam, ceu consideratione indignam, otiosè prætereamus. Vrancum eum dixi qui latè palmites ad morè vitis extendit, cui notationi ita vitis nomen responder, vt eiusdem rei det significationem; iis, inquam, qui ad rectam ipsam rationem referre norunt. Vit enim, vocali longa, longum latumque signat: qua de voce Vitis habet nomenclaturam, propterea quòd & latissimè longissimeque inter arbores sese diffundat, & eum fructum det, quo hominis animus insigni & latissimo crescat augmento. Varro vitem à vino ferendo deducit; vel, si id non placeat, quòd inuitet ad vvas percipiendas. Fac, bone vir, vt ita sit; vnde vinum deriuabis? vnde ipsum illud inuito? vnde vito? Quid si doceam vito etiam propterea dici apud Latinos, quia Cimmerici quod longè lateque remotum est, Vit appellent? Vinum cur hoc nomen acceperit, Indoscythica nostra satis declararunt. At si quis contendat vitem dici, quòd viticibus in flectendo similis sit, eum rogabo, quæ sit viticis etymologia: quam scio domi suæ numquam inuenturum. Vitex enim & vimen à nostratibus etiam originem habet, quorum vtrumque fit à Vit, quod est flexilibus ramis siue virgis quippiam contexto. Quamobrem in vitis à Vit nobis vernaculo deriuatū, cum ipsam naturam, tum consonantiam indicat, quæ inter ipsius & Francorum inuenitur propagatione. Numquid inueniri queat concinnius vel rebus vel nominibus, quàm hæc sit Francorum ad vitem conformatio, cum qua non minus reapse quàm nominis origine consentit? Iapetus ergo optimo iure de patris consecratione Vrancus est nominatus, quòd latissimè & genus suum & imperium inter mortales, perinde atque inter arbores generosa vitis, extendat. Ceterum quia licet verissimam & cuius nostratium facillimam ad intelligendū, inauditam tamè hæcenus huius vocis interpretatione prodo; non malè fecero si hanc vitis & Iapeti comparatione cum priscis sapientissimorum hominum obseruationibus & indiciis ad vnguè quadrare monstrauero. Est quisquam vel inter Platonicos, vel inter veteris historię peritos, vel inter Christianos etiam cui aliud quippiam notius sit, quàm penes Magos olim summam sapientiæ arcem fuisse? Atqui hi Astyagis somnium, quo filiam suam Mandanen vitem parere viderat quæ totam Asiam occuparet, sic sunt interpretati, vt regnum ei qui nasceretur pollicerentur. Bene quidè Magi, sed non admodum necessariò Astyages in re apertissima mihi videtur eos consuluisse: quando satis luculentum indicium tum de vite, tum de amplissima eius per Asiam propagatione dabatur, quid ex eiusmodi partu expectandum esset. Quemadmodum autem Cyro Mandanes filio diuinū hoc somniū totius Asiæ imperium promittebat, ita Iapeto non Asiam tantum, sed Europam etiā & Africā Nochus verbis suis visus est inaugurari: qua de causa quid miri, si Brachî nomen, id est, vitis latè extendentis palmites suos acceperit, ne vllò vniquā tēpore tantæ promissionis memoria apud posteros interiret? Nō possum satis diuinæ bonitatis admirari infinitatē, quæ inter cetera erga mortales beneficia hoc etiā illustrissimū prouidentię suę documentū tanto sæculorū interuallo prius à Mose litteris mandari, & à Cimmericis fabulis intexi, & allegoriis tegi voluit, quàm quisquam mortalium cōiectare posset, Romanos Ianigenas rerū per orbem vniuersum potituros. Alij aliunde sibi petant studiorum oblectamenta, animo certè meo nō aliud suauius pabulum inuenio, quàm priscam

Franci siue  
Vranci nomē  
nulli verius  
quàm Iapeto  
conuenit.

Vitis vnde  
nomē habent  
Vit.

Vit.

Vitis & Iapeti  
comparatio.

Astyagis somnium,  
in quo  
vitis regnum  
significabat.



hanc Mosis & Orphicorum consensionem, qua nihil video validius, inter ea quidem quæ humano ingenio consequi possumus, ad contundendam Atheorū pernicitatem, quæ indies tanto maiore Christianæ messi calamitatem minatur, quanto plus alimenti capit è scelerum in omni ordine superiore effrenata licetia grassantium rabie plusquam belluina; qua peste nullum est inferiorum hominum animis capitalius periculū, nullū lethalius venenum; eo quòd longè efficacius & penitius in hominū animos facta quàm dicta penetrare consueverint, tamen si vt contrà fieret ipse Christus imperarit. Sed quid ego Magos hîc commemoro? An non & ipsæ sacræ litteræ eadem vtuntur comparatione? Dauid eo hymno quo Deum timentibus felicitatem promittit, inter cetera sic habet: *Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue.* Quid quòd ipse seruator noster Christus sic videtur hanc Nochi benedictionem explicare, vt sese Nochum faciat atq. vitem; Apostolos verò palmites, quorum latissima per omnes gentes extensione regnū suum erat extensurus, perinde atque per Branchum Nochus? Sanè Nochus Christi typum gessit, nec absurdum sit, si latitudo generi Iapeto promissa, imago sit latitudinis Christianorum Ianigenis regnantibus futura.

*Iapetus quid cum Apolline commune habeat. Apollinis nomenclatura ratio.*

*Nochus conuenientissime Apollo dici potest.*

*Apollinis & Branchi fabula explicata.*

*Oscula Branchidis frequenter. Apollo Philesius.*

*Pacis osculū inter Christianos.*

*Branchidarū oraculi corrupti occasio.*

CETERVM quid Iapeto cum Apolline? Nihil profectò, si hoc nomine perinde ac vulgus abusi eum cacodæmonem accipiamus, qui Delphico & Didymæo oraculo miseris mortalibus imponebat. At si de Orphico sermone Apollinem ad veram nominis rationem intelligamus, longè aliter sentiendum: propterea quòd Apollo is sit qui res à caliginoso antro liberat, quasi *Upsy-holos* diceretur, vt cum in Gallicis, tum alibi latius ostendam. Apollo itaq. is dicitur qui aperit occulta & ab antro tenebroso; quæ vox si diuinis applicetur, propriè conuenit Spiritui sancto; si corporibus caelestibus, Soli; si creaturis rationis capacibus, ei vel angelo vel homini tribuenda, cui Spiritus sanctus gratiam suam infundit ad occulta reuelanda. Nemini igitur mortalium post diluuium dari potuit conuenientius hæc nomenclatura, quàm ipsi Nocho; qui omnē scientiam, omnem artem, omnem historiam, omnia denique diuina humanaque suis filiis & nepotibus reuelauit: non illa quidem tantum quæ præterierant, sed illa etiam quæ multis post sæculis essent futura; vti satis perspicuum est in ea quam adduxi Iapeti consecratione. Non immeritò igitur iactatus est Apollinis erga Branchū amor quidam eximius & singularis; propterea quòd Nochus ex ipsa benedictione satis cōvincatur hunc plus ceteris filiis amasse, cui plus gratiæ fauorisque contulisse scitur. Quamobrem qui hanc historiam, & hanc prærogatiuam Iapeto à Nocho concessam ad mythologiam transfulerunt, tradiderunt Branchum Apollini in deliciis fuisse: quæ fabula non aliud habet veritatis velamen, quàm nominum priorum in illas voces commutationem, quæ singulares in iis quos significare volebant, dotes denotabant. Ab hoc igitur Brancho cum in Caria locus constitutus esset, in quo ea quæ ad religionem veramque pietatem pertinerent, docerentur; voluissetque ad prærogatiuæ suæ memoriam ipsos doctores Branchidas vocari, quia & Branchi genus essent, & Branchi doctrinam & sequi & tradere deberent, essetque in primis institutis, atque adedò omnium præceptorum ad hominum conuictum pertinentium caput, vt mutuo amore omnes inter se deuincirentur, atque, quòd memores eius essent, iussisset quotidianis osculis amorē hunc testari, cuperetque omnem honorem ad patrem suum referri; factum est vt hîc Apollo Philesius coli diceretur. Nam cui dubium, quin Nochus, quòd totus diuino amore flagraret, ubique inter homines pacem, concordiam, vnionem, amoremque prædicarit, & idem tradiderit filio faciendum? Nouæ & æternæ legis magister, cuius ille typum gerebat, quid aliud quàm pacem amoremque perpetuò cantat? Nec mirum videri debet, certatim oscula à Branchidis in ritibus sacris dari solere, cum idem hætenus apud Christianos duraret, nisi turbæ vitandæ causa institutum esset, vt eandem crucem omnes oscularentur; quo facto viderentur omnes inuicem osculati fuisse. Verum oprandum vt pauciora oscula Iudæ in templis Deus conspiceret; qualia & olim inter Branchidas fuisse non temerè suspicamur, vtpote æquè atque nos homines. Quemadmodum autem animaduertimus nostro hoc æuo plurima instituta, plurimasque caerimonias ab optima rectissimaque via ad nescio quas salebras & offendicula declinasse, ita Branchidis quoque vsu quondam venit. Nam cum viderent corruptos hominum animos ad superstitionem quàm veram religionem, ad fabulas & nugas quàm ad solidam veritatem

rem proniores; rationem excogitarunt, qua simul & vulgò essent in admiratione, & sibi vberimum facerent quæstum. Deserta igitur Nochi & Iani doctrina, ceu parum utili & lucrosa, mercatum mendaciorum apertuerunt, commenti Apollinem hominibus futura prædicere, si donis placaretur: nec minus ipsius filium Branchum muneribus induci ad futurorum prædictionem. Huic imposturæ cacodæmon mendaciorum pater statim fauit, subseruiens hinc sacerdotum auaritiæ, hinc consulentiû vanitati. Quàm verò omnes mortales auidi sint futura cognoscendi, vitio à primis parentibus, qui Deo similes esse volebant, cōtracto; quis est qui queat ignorare, modò Adamum suum interiorem consulat? Nusquam liberalius sumptus fit, nusquam magis prodigi fumus quàm vbi hæ nugæ venduntur; & nulla ad hunc quæstum faciendum procliuior via est quàm ea quæ per sacra religionem quæ ducit: quod vt apertissimum est vel ipsis pueris, ita exemplis non est docendum, ne quorundam aures offendantur. Hinc igitur oraculum Milesium, hinc Dodonæum, hinc alia. Hoc modo è scholis veritatis factum est emporium mendaciorum: hac ventum est à vera religionis intelligentia & professione ad dæmoniacam superstitionem, & sædos de diuinis rebus errores. Mirum est quàm arctum sit vinculum cacodæmonis & avari pectoris, quamque faciles sint & præcipites mortalium animi ad perfugiendum è castris Dei ad Mammonæ signa. Demiror Petrum Crinitum & quosdam alios professione Christianos stolidè Academicis, Iamblichò præsertim & Porphyrio, credidisse; Sibyllam apud Branchidas, vt ipsi volunt, occulto quodam terræ spiritu afflari solere, quo concepta oracula promeret. Admirabilem profectò vim terræ, quæ cùm ipsa bruta sit & inanimis, sic tamen animos moueat, vt quæ non didicerint vates neque sciant, ea carminibus heroicis effundant. Aliis hæc auribus, non meis canantur: vno verbo, Cacodæmoni oracula adscribenda, non naturæ; iis exceptis, quæ diuino afflatu edita fuerunt. Et quamuis quædam vera sint, è tripode Delphico aut Didymæis adytis de diuinis rebus prolata; ea tamen sic capienda, vt credantur vel à cacodæmone reddita, quò in ceteris facilius falleret, vel coactu diuino impuris spiritibus extorta. Eius generis illud est quod hic falsus noster Apollo Politæ cuidam respondisse fertur:

Oraculorum  
caussa auari-  
tia & futu-  
rorum cognō-  
scendorum  
aviditas.

Oracula Ca-  
codæmoni ad-  
scribenda.

Ψυχὴ μὲν μέγχι εἰς δεσμοῖς πρὸς σῶμα κρατεῖται  
Φθαρτὰ νοῦσα πάθῃ θνηταῖς ἀλγηδόνων ἡκει,  
Ἡΐνια δ' ἀνάλοισιν βροτῆν μετὰ σῶμα μεμυθέν  
Ὀκίστην ἔρρηται ἐς αἰθέρα πᾶσα φορεῖται  
Αἰὲν ἀγήραος οὔσα, μένει δ' εἰς πάντα ἀτερής.  
Προτόγονος γὰρ τοῦτο θεοῦ δῖε' ἔξε πρόνοια.

Quod nos rudiuscule sic vertebamus:

Donec corporis vinculis mens stricta, nihil quàm  
Visa videt peritura, arumnis cedit; at inde  
Corpore corrupto, cùm se inuenit esse solutam,  
Æthera tota petit, nullum peritura per auum:  
Namque Dei primo genita id prudentia sanxit.

πάθῃ, vt Aristoteles, pro imaginibus rerum accipio, & cum Cicerone visa appello. Huic vaticinio similia plurima sunt, in quibus, vt hîc, de filio Dei; tum etiam de Spiritu sancto clara testimonia reperiuntur, & multa alia ad humanæ salutis & veritatis spectantia cognitionem: verùm illa vel inuitis dæmonibus iussu diuino imperata, vel propterea prodita vt imposturis suis plus fidei conciliarent. Nunc itaque quis Apollo inter homines, quis Branchus fuerit nominatus, & qua inde occasione abominanda superstitio sit enata, perspicuum feci; quam ipsi postea Branchidæ videntur prodidisse, diuino quopiam afflatu aut rædium aut pœnitentiam scelerum inspirante.

Verùm video mihi obiectum iri, ea quæ de Apolline dixi non conuenire cum Apolline Didymæo, cuius hoc templû fuisse scribitur. Nec equidè id assero, errores fanaticos Græcorum perpetuò cum primis fabularum originibus concordare, quin contrà assero, quamlongissimè plerumque recessisse, vt hoc loco ab hominibus ad dæmones veritatis larua deuenit. Sed quò breuiter curiosis hominibus satisfaciam, id operæ pretium fuerit annotasse, nomina huius generis sacra variè solere in vsum venire. Aliud enim Theologi per Apollinem intelligunt, aliud Physici, aliud historiarum scriptores.

Physici

*Apollo Didymæus.*

*Didymæi etymon.*

*Dien.*

*Apollo theologicus Spiritus sanctus dici potest.*

*Apollo physicus quus dicitur.*

*Solis in rebus promouendis vis & natura.*

*Nocho Didymæi nomen & Phileſii rectè poſſe tribui.*

Phyſici enim Solem Apollinem vocant, quia nimirum omnia occulta & in tenebris poſita reuelat, hac dote longè omnibus aſtris ceteris præferendus. Eundem Didymæum dixerunt veteres, vocabulo ab Orphicis illo quidem petito, ſed à nemine aut Græcorum aut Latinorum intellecto. Macrobius ſcribit idcirco Didymæum dici, quòd geminam ſpeciem ſui numinis præferre putaretur, illuminando formandoque Lunam: etenim ex vno fonte lucis gemino ſidere ſpatia diei & noctis illuſtrantur. Vnde & Romani Solem ſub nomine & ſpecie anni, Didymæi Apollinis appellatione venerabantur. hæc ille: in quibus quod de gemino lumine philoſophatur, vt nihil ad Bacchum, ita nihil ad Didymæum: cùm nomen hoc, haud ſecus ac Apollinis, de vernacula Thracum lingua ſiue Cimmericorum ſit petatum. Apud alios ſcriptores quæ huius appellationis cauſſa ſit, non memini diſputari; cùm id interim mirum videri poſſet qui Mileti potiùs quàm alibi Didymæus vocari conſueuerit. *Dien* vocali priore longa turgere, ſumere incrementum à centro ad exteriora, attolli, promoueri, aut ſeruore quodam intumeſcere, vt in pane ſit fermentato. Hinc *Didum* eſt ſeruoris intumeſcere facientis effectus, ea formula qua à *Wijze* ſit *Wijzdom* / à *Wijs* *Wijzdom*; id eſt à diues diuitiæ, à ſapiens ſapientia. *Maet* verò per diphthongũ meſuram ſignat. Quo ſit, vt *Didummaet* nihil aliud ſit quàm rei ſeruore quodam intumeſcentis vel cuiuſpiam ſe promouentis & res ſuas augentis meſura. Amplæ enim ſignificationis eſt ipſum *Dien* / ad omnia illa quæ quouis ſe modo ad maiora & meliora promouent, extenſum. Dicat ergo nunc nobis Apollo arcanorum omnium veriſſimus reuelator, qua de cauſſa Didymæus à Branchidis ſuis voluerit nuncupari? Si theologicòs de Apolline loquamur, facilis eſt & perſpicua ratio ob quam hoc nomen detur. Quis enim alius mentem noſtram effereſcere facit, & ad maiora ſe attollere quàm Spiritus ſanctus, diuino ſuo calore nos accendens? cuius beneficio animus noſter infinito ſe maior reddatur, & à terrenis anguſtiis ad cæleſtem amplitudinem ſe extendat, id quæ ad meſuram gratiæ diuinitus conceſſæ, prout *Didummaet* / vnde Didymæus, nobis ſignificat. At in naturali rerum conſideratione Apollo Sol eſt, qui calore ſuo omnium eorum quæ generationi ſubiecta ſunt incrementa, & promouet & obliquo ſuo curſu metitur; quod Ariſtoteles cùm intelligeret, penes eum eſſe ſcripſit maximas generationis & corruptionis cauſſas; huius, cùm diſcederet ad inferius hemiſphærium, illius, cùm accederet. *Accedens* enim calore ſuo omnia promouet, & ad iuſtum modum dilatat & extendit; *recedens* verò contrà claudit & comprimit omnia; id eſt, à frigore, quod tum non amolitur & depellit, claudi premi que permittit. Ipſe enim ſemper calorem ſubmiſtrat, tametiſi non eiſdem locis, ita vt numquam deſinat eſſe, id quod dicitur, Didymæus. Sed hæc phyſicorum pueris diſcutienda relinquo, apud quos facilè perſuaſero penes ſolem eſſe iuſtam omnis generatorum promotionis meſuram, atque idcirco rectè dici *Didummaet* / ſiue Didymæum. Nunc ad hiftoriam ſacram accedamus, in qua Nochus certam ſingulis ſuis filiis ponit incrementi meſuram, dum ſingulis diuerſo modo benedicit: & Iapeto quidem ſummum dat augmentum ſummam que ad meliora promotionem. Meretur igitur & ipſe Nochus Didymæi appellationem, quia filiis ſuis modum ſtatuert incrementorum: & eam tanto magis apud Branchidas meretur, quòd Brancho largiſſimam dedit latitudinem, & eam quidem tantam, vt hunc præ ceteris duobus filiis immenſis honoribus reddiderit inſignem. Cùm igitur Branchus hanc diatribam, in qua priſcæ religionis & ſapientiæ inſtituta traderentur, conſtituiſſet; num mirum debet videri, ſi Branchidæ Nochum ſumma reuerentia coluerint, & eius beneficiorum, quibus filium ſuum minimum tam eximiè ornauit, memoriam ſumma veneratione apud omnes poſteros celebrandam putarint; ita vt non tantum Apollinem ob omnium artium traditionem, ſed Didymæum etiam & agnoſcerent & vocarent, quòd Branchum ſuum præ ceteris plurimum auxiſſet, & ipſius genus ad ſummos humanæ felicitatis gradus promouiſſet? Nihil æquè gratum eius animum qui beneficium accepit, oſtendit & declarat, ac frequens beneficii accepti commemoratio, quæ in iis qui pares gratias referre non poſſunt, perinde laudatur atque ſi retuliſſent, ſi ex animo quidem ſincero gratòque proficiſcatur. Hinc meritò & magna ratione Nochum Didymæum Branchidæ vocabant; nec minore tamen Phileſium tum de amore quem ſuis tantopere commendarat, tum etiam ex eo quòd Branchum præ ceteris filiis plurimum amaſſet. For-

set. Fortasse Didumæi nomen Græca voce expressissent, si ullam potuissent vel simplicem vel compositam inuenire quæ eandem haberet vim significationis, qualis cum nulla reperiretur, loco eius Philesum dixerunt: quod nomen tamen non idem figuet, tamen eodem tendit, & id quidem ea via, ut causam Didumæi complecti videatur, quandoquidem eum maximè promouemus quem plurimùm amamus. Atque hæc quidem mihi videtur prisca & vera origo mythologiæ eius quæ de Apolline Didumæo siue Phileso & Brancho eius filio antiquissima fama celebratur, à qua longissimè corrupta Branchidarum posteritas Græcorum animos distraxit, non aliam ob causam quàm ut sacram antiquitatis memoriam venum exponerent, peccato illud quidem execrando, sed utinam non tam multis postea communi. Nec obmurmuret hîc quisquam eorum quibus insolens est hæc fabularum cum sacris litteris consonantia, nimis antiqua & cariota me in medium de Brancho attulisse; nisi idem se ignorare fateatur, Branchidarum oraculum, ut Appuleius testatur, & ex aliis etiam colligitur, vetustissimum in Græcia fuisse. Quid igitur absurdi committo, si rei omnium veterum scriptorum confessione vetustissima, & sic vetustissima, ut serè omnium notitiam exordium eius effugerit, originem item assignem vetustissimam?

Nunc itaque tandem Vrancii agnoscant quàm antiquo, quàm venerandæ memoriæ vocabulo nominètur, nec posthac Troiana se iactent nobilitate, qua longè altiùs primordia gentis suæ conscendere indicio meo, nisi id dedignètur, videbunt. Porro qua de causâ hæc potius gens quàm alia quæuis nomè sibi priuilegij paterni sumferit, nescio an quisquam sanæ mentis interrogabit, cum idem de infinitis pari ratione quæri possit, atque etiam si alia sic vocata fuisset, idem de ea interrogaretur: attamen si quis tam scrupulosè sibi omnium antiquitatum calculum subductum velit, is sic habeto. Cum Ianigenarum alij alia sibi nomina sumerent vel à patribus, vel à vitæ proposito, vel ab alio quopiam quod placuisset, videntur hi qui Vrancii nominati sunt aut sibi ipsis nomen hoc boni ominis causa dedisse; aut, quod magis crediderim, ab ipso Iapeto accepisse: quod, ut ipse à patre suo insigni prærogatiua ornatus fuisset, ita & hos optarit singulari hac dote ceteris præstare. Videtur autè genus ducere ab Ascanio Cimmeri filio maximo, quod de Branchidarum in Asia minore & Ascaniorum vicinia coniecto, qua tamen in re nihil certi statui potest, nec refert quo medio vel nepotes vel abnepotes Iapeti fuerint, modò in ipsis Iapeti agnoscamus appellationem. Non semel me in aliis monuisse puto, nomina gentibus non temerè nec solo interim humano consilio, sed instinctu quodam diuino plerumq; data fuisse, quod in Vrancis quoq; videtur euenisse: adeò bene nomenclaturæ suæ respondisse deprehenduntur, præsertim illi qui Galliam, Turingiam, Allemaniâ, Boiariam, Daciam, Bohemiam, Italiam, Thraciam, Syriam, Asiam minorem, Ægyptum imperio suo subiugarunt, cuius gloriæ maxima pars stirpi Brabanticæ debetur, quæ Carolus dedit & Pipinos, & ipsum postea Godfredum regem Hierosolymitanum. Utinam huius ætatis Franci, & ij qui linguam commutarunt, & ij qui antiquam hætenus tenent, sic Philesum Apollinè communi pace venerarentur, ut sicut nomine Vrancii sunt, ita se Vrancos reapse præstarent, & eas vires quas ciuilibus & domesticis bellis perdunt, in Asiam & Africam & nominis sui monitu & maiorum exemplo transferrent, quo veram religionem victos docerent, qui gentium subiugandarum finis esse debet: ut non ratio tantum, sed Strymon etiam & complures alij Cimmerij apud prisca homines ipsis factis dictarunt.

*Vrancii nomen cur uni potius genti quàm alij tributum sit.*

*Vrancii unde genus ducatur.*

Posteaquàm nunc ad summum Vrancii nominis fastigium peruertum est, gradum reuocabo, paulatim ad propinquiora temporibus nostris descensurus. Herodotum dixi Francos siue liberos Scythas ad Mæotim scriptis suis prodidisse, & eos quidem dedisse Amazonibus maritos: de quibus quid sentiam, quando alibi latè ostendi, hîc minimè repetendum duco, hoc interim mones, magnam partem eorum quæ de Amazonibus feruntur, ad Francos pertinere, eoque studiosius librum illarum gloriæ à me dedicatum ab ipsis oportere cognosci. Eisdem in locis quibus ab Herodoto liberi Scythæ ponuntur, Dionysius Germanos constituit, uti paulò antè monstraui. Ado commemorat, inter Danubium & Mæotidem Francos de Alanis insignem victoriam reportasse: at id posterius accidit quàm eorum & nomen & arma iam ad Rheni ostia cognita essent, nihil ut inde certi de vetustis ipsorum sedibus colligi queat; nisi hos qui Alanos ceciderunt ad Mæotidem relictos ad Valentiniani usque imperium, cuius partes sequebantur, credere velimus.

*Franci ad Mæotim Amazonum mariti.*

Ceteris

Ceteris scriptoribus, in quorum numero Hunibaldus primas tenet, non magis fidem habemus, quàm somnia narrantibus; eoq. eorum testimonia nec admittimus, nec aliis obrudemus: alioqui facillimè demonstraturi ex eorum scriptis, in Sarmatia olim Francos habitauisse. Malumus videlicet sola vetusta Herodoti & Dionysij auctoritate niti, quàm recentiorum scriptis nihil vetustæ veritatis redolentibus nostra polluere potius quàm firmare. Id interim sumemus, quæ multorum sermonibus iam inde à multis seculis iactantur, ea si non omni ex parte vera sint, at aliqua tamen tenus vel ad veritatem pertinere, vel saltem viam ad eam demonstrare. Multa de Troianis Franci à maioribus acceperant; quæ paullatim, vt fieri solet, & fabulis & obliuione corrupta eò tandem delapsa sunt, vt posteriores ab auxiliariis Francorum copiis ad Troiam ductis venerint in opinionem, maiores suos Troianos fuisse. Suppetias illi quidem Troianis tulisse doceri possunt partim ex Rhœsi expeditione, partim ex Amazonum exercitu: at minimè verum est, Troianos ipsos fuisse. Verùm ex huiusmodi antiquitatis vmbra, quam non integram posterius poterant videre, falsæ opinionis facta est substructio. Eodem modo existimo ex antiquis narrationibus Francos audiuisse, maiores suos ad Mæotim sedes habuisse; sed non rectè inde collegisse, tempore Valentiniani aut paullò superius inde commigrasse, cum multo antea in Germaniam transuerint: quamquam hæc communis omnium opinio efficit, vt assertio mea, quam veterum scriptorum testificatione confirmaui, tanto facilius sit admittenda; quæ ceteroquin, vt noua & inaudita, fortasse fuisset explodenda, ab iis præsertim, quorum stomachus necdum satis assuevit curiosæ huic antiquitatum inquisitioni. Quamobrem hoc tenebimus, Francos, vt & reliquos Cimmericos, paullatim ex Asia & primis ad Margianam sedibus ad Tanaim & Mæotim deuenisse; & id quidem valde olim, vt ex Herodoto & Dionysio liquet: Et, vt tum Germani & liberi Scythæ siue Franci citra gentis discrimen vocabantur, ita & post, cum in Romanorum notitiam venissent. Franci, inquit Procopius Latini interpretis verbis, Germani quondam vocitabantur. Idem libro tertio historiæ Vandalicæ confirmat. Verumenimverò, quòd Cimmericas has Ogygiæ propè vetustatis tenebras præsentis temporis luce reddam clariores, grauissimis veterum auctorum testimoniis illud adiiciam, quod mihi cum antè ab aliis, tum nuperrimè relatum est ab insigni clarissimoq. viro Augerio Boesbecano, natione Flandro. Hic inter alias, quas obiuit summa cum laude, legationes vna perfunctus est nobilissima, nomine Maximiliani Cæsaris Augusti apud Turcorum Imperatorem, eaque complurium annorum: cum quo viro notitiæ familiaritatisque ineundæ hæc mihi oblata est occasio, studiis meis profectò in primis opportuna: Descenderat per Rhenum insignibus auro & serico nauigiis ANNA maxima natu Cæsaris filia, in Germania inferiore Oceanum conscensura, quòd ad Regem Catholicum maximum totius orbis monarcham, cui recens eam pater desponderat, nauigaret. Hæc, dum secundos ventos præstolatur, obiter Bergis excurrit Antuerpiam; vt cuius vrbs celeberrimum nomen sæpius absens audierat, eius spectaculo coràm frueretur. Erant tum in heroico eius comitatu duo ipsius germani fratres, alter duodecim, alter decem paullò plus minus annorum, adolescentes mediusfidius ea forma, eo ingenio, iis moribus, ea eruditione; vt, nisi patrem haberent Cæsarem, à Cæsare adoptari mererentur. Horum aulam regebat summa auctoritate Boesbecanus, non sine magna mea dubitatione, hinc dignior esset tam illustribus habentis, an illi digniores, qui talem nacti fuissent moderatorem. Meritò magni fit Cyri pædia, vt ab eo homine profecta, quo nihil habuit Græcia admirabilius; ab eo, inquam, viro, qui totam simul & philosophiam & eloquentiam ex vmbatili exercitatione in lucem & in aciem eduxit; qui primus edocuit exiguo numero varias Perfici regni gentes peruadi posse; qui tanto fuit melior Alexandri Magni præmonstrator insigni illa expeditione, quàm Isocrates operosa illa declamatione panegyrica quindecim annorum, si Mercurio placet, labore perfecta, quanto dictis facta præstant: At, si verum mihi licet proferre, in Boesbecano Xenophontem; in his duobus Cæsaris filiis duos Cyros mihi cernere videbar: talis erat & horum indoles & illius institutio atque disciplina. Ceterum dum urbem cum sorore sua Regina iultrant & spectaculis indulgent, ipsi interim gratissimum suauissimumque populo spectaculum, vtpote in quorum vultu principum suorum imagines expressas videret; accidit vt minor natu subito acuta febre corripere

*Francos primos ex Asia paullatim ac Margiana ad Tanaim & Mæotim descendisse.*

corriperetur, non sine maximo omnium dolore. Et quamuis Lomnium medicū dome-  
 sticum haberent, virum in primis eruditū & exercitatū, Dux tamen Albanus, inferioris  
 Germaniæ gubernator, pro ingenti sua sollicitudine & anxietate de Principis valetudi-  
 ne cōcepta, me quoq. voluit ad curationis partes vocare. Dum itaq. sedulo munere no-  
 stro fungimur, Deus Opt. Max. ita nobis adfuit benignus, vt exspectatione celerius in-  
 tegræ valetudini ægrotus redderetur. Interea dum frequētius ad huius Principis aulam  
 itarem, magnam voluptatem cepi ex familiaribus cum Boefbecano sermonibus; inter  
 quos cū varij essent, tum & hic vnus mihi accidit gratissimus, in quem incidimus ex  
 commemoratione eorū quę in Amazonicis de vetustissimis Cimmericorum sedibus me  
 tradidisse dicebam. E quibus cū non Amazones modò, sed Francos etiam deriuarem;  
 & hos à Dionysio Germanos, ab Herodoto liberos Scythas vocari assererem; tum ille  
 inter cetera, quibus eadem de re doctè ad modū differebat, Colophonium, vt ita dicam,  
 traditioni meę adiecit testimonium. Aiebat, se Constantinopoli magna diligentia & alia  
 multa ad Euxini accolæ spectantia perconctatū ex diuersis fuisse, & illud in primis certa  
 fide cōperisse, in Cimbrica Cherroneso etiamnum hodie indigenas inueniri, quibus in  
 vsu hætenus lingua nostra sit, cuius rei cū diuersis vocabulis periculum fecisset, tan-  
 dem iussisse eum quem interrogabat in eodem sermone numerorum nomina ordine  
 recitare, idq. eum promptè fecisse; sed sic, vt à Flandro quoque iam instructus videretur,  
 maximè dum *Seuene* pro septem, & *Eleue* pro vndecim, & *Twaleue* pro duodecim pro-  
 nunciaret. Atq. hæc quidem sic habent, de grauissimi viri testificatione. Quid igitur?  
 Num quis vltra dubitabit, Francos ad eam olim Mæotidos partem habitasse? Cui hæc  
 opinionis meę firmamenta non sufficient, is ad inferos cum Vlysse descendat, quò, sicut  
 ille Tiresiam, ita hic Strymonem vel Amazones interroget veritatem. Ceterum quo  
 tempore inde commigrarint, apud neminem veterū legere memini; & idcirco huic in-  
 uestigationi frustra suscipiendæ non immorabor, sed rectà transibo ad id quærendum,  
 vbīnam primū in Germania à Romanis celebrentur. Hic rursus Procopium testem  
 denuntiabo ex eodem libro in quo, Francorum originem inquirens, Rhenum dicit in  
 paludes quasdam effundi, easq. plurimas; & in iis Germanos primū habitasse qui tum  
 Franci vocarentur. è quo liquet, paludibus se ad Frisiæ & Hollandiæ littora continuasse  
 cū primū Romanis innotescerēt. Nazarius in Panegyrico quem Constantino dixit,  
 ea de Francis scribit, quæ, nisi de maritimis, de nullis intelligi possunt. Franci ipsi, inquit,  
 præter ceteros truces, quorum vis cū ad bellum efferuisceret, vltra ipsum Oceanum  
 æstu furoris euecta, Hispaniarum etiam oras atque mis infestas habebat; ij igitur sub armis  
 tuis ita conciderunt, vt deleri funditus possent, nisi diuino instinctu, quo regis omnia,  
 quos ipse affecerat conficiendos filio reseruasses. Quamquā ad gloriam nostram fecūda  
 malis suis natio ita raptim adoleuit, robusteq. recreata est, vt fortissimo Cæsari primitias  
 ingentis victoriæ daret, cū memoria acceptæ cladis nō infracta, sed asperata pugnaret.  
 Iam & alius Panegyricus, Constantino Constantij filio à nescio quo dictus, apertissimè  
 Francos gentem facit littoralem. Quid loquar rursus, inquit, intimas Franciæ nationes  
 non iam ab his locis quæ olim Romana inuaserāt, sed ex propriis ex origine suis sedibus  
 atq. ab vltimis Barbariæ littoribus auulsas; vt in desertis Galliæ regionibus collocatæ,  
 etiam pacem Romani imperij cultu iuuarent, & arma delectu? Maximinianus item à  
 nescio quo Rhetore laudatur, quòd Batauiam à Francis purgarit, quos ab occupatis ter-  
 ris Frisios & Caucos (sic enim lego) nominauit. Idem indicat, Francos Angliæ partem  
 occupasse, & in ea prælio à Maximiniano victos fuisse, quorū pars Londinū fuga elapsi  
 in ipsa vrbe à Romanis sunt cæsi iucundo Britannorum, qui hoc modo liberabātur, spe-  
 ctaculo. Mamertinus in Maximiniani genethliaco luculentum habet testimoniū, quo  
 Francos ad Oceani primū littora habitasse, & naualibus bellis Romanos vexasse per-  
 spicuum fit. Itidem, inquit, hæc gens Chabionum Herulorumque deleta, & transrhena-  
 na victoria, & domitis oppressa Francis bella piratica Diocletianum vtorū compotem  
 reddiderunt. Quamuis hæc modò satis esse possint ad omnem de primis Francorum in  
 Germania sedibus tollendam dubitationem, non erit tamen iniucundum Eutropium  
 quoq. audire, cuius ex libro historia Romanæ nono hæc sunt verba: Post hæc tempora  
 etiam Carausius, qui vilissimè natus, in Serenæ militiæ ordine famam egregiam fuerat  
 consecutus, cū apud Bononiam per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare

*Flandricum  
 sermonem in  
 Cimbrica  
 Cherroneso  
 etiamnum  
 in vsu esse.*

*Francos in  
 Frisiæ & Hol-  
 landiæ; litto-  
 ribus primū  
 Romanis in-  
 notuisse.*

*Constantinus  
 Francos deu-  
 cit.*

*Maximinia-  
 nus Francos  
 in Angliæ  
 vicis.*

*Carausius à  
 Maximinia-  
 no occidit in-  
 sus.*

accepisset, quod Franci & Saxones infestabant; multis barbaris sæpe captis, nec præda integra aut provincialibus reddita, aut Imperatoribus missa, cum suspicio esse cœpisset, consultò ab eo admitti barbaros; ut transeuntes cum præda exciperet, atque hac se occasione ditaret; à Maximiano iussus occidi, purpuram sumpsit & Britannias occupauit. Accedat etiam his Ammianus Marcellinus libro xxv i. ad hunc modum scribens: Gallicanos verò tractus Franci & Saxones iisdem confines, quò quisque erumpere potuit, terra vel mari prædis acerbis incendiisque & captiuorù funeribus hominum violabant. Ceterum, ne odiosus fiam nimia testium frequentia, cetera de quibus idem doceri posset, omitto; ne hæc quidem tam multa adducturus, nisi obstinata plurimorum opinio esset, Francos è Franconia originem habere: in quorum numero est, ut è multis vnum nomen, Pandolfus Pisaurius in Chronicis Neapolitanis, qui cum in sententiam suam Petrum Antonium Theologiæ magistrum, ut se vocat, traxerit, isque Chronicis suis Hispanicis eandem ascripserit; necesse habui idoneis auctoribus & luculenta plurium testificatione munire veritatem, alioquin ab Hispanis, Chronographo suo credentibus, numquam admittendam.

Franci in Sicambria habitauerunt.

Fuerunt qui sentirent, Francorum primas in Germania sedes Sicambriam fuisse, eos errate arbitrati, qui in ipsis ostiorum Rheni paludibus eos collocarant, tanto illi quidem vero propius accedentes, quòd prius Sicambriam Franci occuparint, quàm Franconiam ad Mœnum conderent: qua de re factum, ut nonnumquam Sicambri pro Francis locorum ratione vocarentur cum apud alios, tum maximè apud Poëtas, quibus frequentissimum est vetusta locorum nomina pro præsentibus collocare: tametsi non regionis natura aut aliqua propria eius indoles aut situs; sed gens ipsa causam dederit appellationis.

Sicambri ubi quondam habitauerunt.

Habitauerunt quondam Sicambri Rheni ripam vltiorem; quam, ipsis partim in Germaniam secundam traductis, partim militiae Romanæ adscriptis, Bruçteri occuparunt; quos deinde Franci, ut mox aperiam, expulerunt; quæ res quamuis ita habeat, legimus tamen post etiam quàm Sicambri inde demigrassent, eandem regionem Sicambriam vocari, & ipsos incolas Sicambros: item post Bruçteros eisdem locis excisos, Bruçterorum tamen audimus fieri mentionem, quasi adhuc veteres coloni sedes suas tenerent: quod ni diligenter in gentium originibus obseruemus, crebrò insignes commitemus errores. Sidonius Apollinaris Sicambros tonso occipite vocauit, quem Francum reuera dicere debuisset. Sic Claudianus:

*Militet ut nostris detonsa Sicambria signis.*

Et Apollinaris ad socerum suum: *Et flauis in pocula fracte Sicambris*

*Rhene tumens.* Claudianus iterum:

*Venit & extremis legio prætenta Britannis,*

*Quæq; Scoto dat frena truci, ferroque notatas*

*Perlegit exanimis Pictis moriente figuras;*

*Agmina quinetiam flauis obiecta Sicambris,*

*Quæq; domant Cattos, immansuetosque Cheruscos:*

*Huc omnes vertere minas, tutumq; remotis*

*Excubiis Rhenum solo terrore relinquunt.*

Hos versus Lazius ad Sicambrorum legionem Romanis militantem accommodauit inconsiderantia non exigua, cum decima hinc legio Francis obiecta in ea ripa ad quam Neomagum post est extructum, sit intelligenda: cuius hætenus plurima monumenta reperiuntur, aperte testantia Romanorum, non Sicambrorum legionem Sicambris, id est, Francis, ut poëta vocabulo abutitur, obiectam fuisse. Clarius Apollinaris Sicambrorum & Francorum nomine eisdem se intelligere demonstrat:

*Tu Thungrum & Vahalim, Visurgim & Albim,*

*Francorum & penitissimas paludes*

*Intrares venerantibus Sicambris.*

Eodem modo Bruçteros illis locis inuenit, quibus excisos Tacitus ostendit:

*Bruçterus vluosa quem Velicer abluit vnda.*

Velicer fluius quæ sit.

Quo veru Velicrum fluium appellari arbitror eum, qui in Westphalia paullo supra vicum Velen nominatum è siluis sumit exordium, non longè ab Vlfio castello in Isalam deferendus. Quid multus? quasi non pro Italia Oenotriam, pro Græcia Pelagos,

Pelagos,

Pelasgos, & similiter pro aliis alia vetustarum gentium nomina in usum venire cernamus; e quibus tamen nemo sanæ mentis ipsorum primordia eadem cum natalibus earum gentium quarum nomenclaturam gerunt, existimavit: quod semel annotatum contra omnes valere volumus, qui id genus argutiarum obicibus nostra demorari studebunt. Verum hic locus paullo accuratius discutiendus, cum propter auctoritatem Hermanni Comitæ Nuenarij, qui Francos e Sicambria oriundos & olim Sicambros fuisse nominatos opusculo quodam suo ad Carolum Imperatorem eius nominis Quintum prodidit; tum etiam quod Wolfgangus Lazius, vir varia omnium artium liberalium eruditione insignis, in eandem sententiam non modò pedibus descendit, sed eam quoque plurimis argumentis in suo De gentium migrationibus volumine lectori probare contendit; quæ sigillatim referre & longum esset & superuacaneum, cum eius viri scripta, pro eo ac merentur, à doctissimis quibusque diligenter perlegantur. Breuiter itaque sic arbitror, plusculum auctoritatis bonum hunc virum Hunibaldo & Abbati Urspergensis tribuisse, & idcirco facile in hanc venisse opinionem à plurimis receptam, eosdè Francos & Sicambros esse, & hoc quidem nomen vetus, illud post inclinante Romanorum imperio auditum demum fuisse. Nobis eorum sufficit testificatio quos citauimus, quibus eo maior fides adhibenda, quod quæ dicunt, suo ipsorum tempore vel præsentibus cognorint, vel ab iis qui vidissent, acceperint. Verum quia tantis viris hic error nititur, paucis totam eius occasionem, totumque fidei temerè adhibitæ fundamentum tollamus; ne quis posthac splendidis eorum qui aliter quàm nos senserunt, titulis seducatur. Quæ loca Iulij Cæsaris tempore Sicambri tenuerunt, qui commentaria eius legerit, ignorare non potest, si quæ de Menapiorum sedibus scripsit, expendat: quibus si conferat quæ de Sicambriis prodidit, clarè cernet hos vltiorem Rheni ripam inter Menapios & Vbios tenuisse, minimè verò, quod clari quidam viri scripserunt, ad Hessiam & Salam vsque pertigisse. Quàm verò diu eas sedes post tenuerint, Suetonius exponet, aiens Sicambros & Vbios se Augusto dedentes traductos in Galliam, atq. in proximis Rheno agris collocatos. Vide igitur quæ cum istis quadret, eosdem Francos & Sicambros fuisse. Quis vnquam vel audiuit vel legit Francos à locis Cisrhenanis primos in Galliam impetus fecisse? quod tamen necessariò esset concedendum, nisi quis stolidè comminisceretur, post inde quò traducti erant, fugisse; quò quæ vltro data essent, ea bello quæterent. At si quis sibi persuadeat, non omnes in Galliam tum transisse; is parum animaduertit, quanta cupiditate Germani semper flagrant Gallici soli, vt nimirum suo longè vberioris. Quid, quòd Tacitus x i i. historiarum suarum libro prodar, Sicambriam gentem penitus excisam, & in Galliam traiectam? Vnde igitur, dicet quis, in Pannonia Sicambrii mentio, si non eò quoque penetrarunt, Germania prius & Herciniis saltibus percursis? vnde tam constans apud omnes fama, illic Sicambros urbem condidisse? Hoc ipsum Tacitus quoque docebit, de Poppæo Sabino aduersus Thracum castella rupibus imposita pugnante scribens, vbi inter alia hæc eius sunt verba: Ij dum eminens grassabantur, crebra & inulta vulnera fecere; propius incedentes eruptione subita turbati sunt, receptique subsidio Sicambriæ cohortis, quam Romanus promptam ad pericula, nec minus eantum & armorum tumultu trucem haud procul instruxerat. Quis hic non videt veteris de Sicambriis historiarum consensum? Traducti sunt ab Octauiano in citeriorem Rheni ripam; in qua nemini dubium esse potest, quin statim passi sint delectus, quibus Romani omnes prouinciales suos, præsertim bellicosos, maiorem in modum vexabant: quod licet ceteri omnes scriptores tacuissent, vnus tamen satis clarè prodidisset, qui & hoc bellum contra Thracas ea causa gestum dicit, quò delectus pati nollent, & eam oratione obliquam apud Batauos Ciuili tribuit, vt delectus mala nec breuius nec apertius describi queant: Neque enim, inquit, societatem, vt olim; sed tamquam mancipia haberi: quando legatum graui quidem comitatu, & superbo cum imperio venire: tradi se præfectis centurionibusque, quos vbi spoliis & sanguine expleuerint, mutari, exquirique novos sinus & varia prædandi vocabula: Instare delectum quo liberi à parentibus, fratres à fratribus velut supremum diuidatur. Ex his cuius putò facile persuaderi posse, statim simulatq. Romani Sicambros nationem, si qua alia esset, bellicosam & ferocem in prouinciam suam deduxissent; delectum habitum fuisse, conscriptamque integram & cumulatam legionem, tamen eam cohortem Tacitus appellet, vti & Tungras &

*Sicambros & Francos diuersos fuisse populos.*



*Sicambria in Pannonia quādo, à quibus, & qua occasione exstructa sit, atque deleta.*

Batauas cohortes dicit; quasi legionis nomen barbari non mererentur. Quando autem nusquam maioribus firmioribusque praesidiis opus esset quam in Pannonia, tum aduersus Germanos, tum aduersus Dacos siue Gotos, verisimile est, Sicambros illic stationem suam habuisse, & tandem longi temporis tractu multa sobole auctos urbem cōdidisse, quam de nomine suo Sicambriam vocarint: quod quidē tanto lubentius eos fecisse, quibus facile sibi probabit, quod patriis sedibus exules non magni referre putarent, vbi terrarum domicilium collocarent; modò agris à Romano datis gleba deterior non esset. Hanc Attila Hunnica terrarum pestis euertit; cuius ruinas non procul à Buda iacentes Hungari Schambri appellant, in quibus hāc inscriptionem repertam esse Lazius scribit:

LEGIO Sicambrorum

Hic praesidio collocata

Ciuitatem adificauit

Quam ex suo nomine

Sicambriam

Vocauerunt.

Auentinus Sicambriam Budam nunc vocatam esse putat: quod an ita sit, an non; parui ad id quod quaeritur refert: id saltem ex his credo clarè patère, quòdnam in Pannonia Sicambrorum fuerit exordium, & nihil minus verum esse quam à Troianis hāc urbem conditam fuisse, qui vel Sicambri olim, vel recentius Franci appellarentur. Nec mirū est ante sexcentos octingentos, vel plures etiam, annos hac occasione fabulas cōfictas fuisse; quoniam id ætatis penes solos illos omnes litteratura latitabat, qui firmissimis claustris omnem elegantiore Græcæ Latinæq. linguæ cognitionē in caliginosis carceribus ita cōcluserant, vt nemini aditus daretur; quod eius ætatis scripta, paucis exceptis, satis aperte demonstrant: quæ si ad res gestas spectant, non historia, sed putæ putæ anilium deliramentorum fabulæ; si philosophiam tractant, spineta; non Academici horti videntur.

Quocirca cum è primæ classis scriptoribus ostensum sit, Sicambros à Romanis, in Galliam translatos esse, & ex iis siue legionē siue cohortē in Pannonia & Thracia militasse, neq. hæc possint Francis accōmodari, non est quòd amplius in hoc errore depellendo laboretur. Carolus tamen Molinæus, quo prisca Francorū gloriam redderet clariore, impetum illum equestrē Sicambrorū, quo ad Varucam Romanos pabulatū egressos ceciderunt, & castra ferè occuparunt, Francis adscribit, ceterorum vestigia secutus. Idem in epistola Ciceronis ad Atticum lib. 14. citra hæsitatiōē & omnē scrupulum Frāconas legit; quā tamen scripturā nec Cōmentaria Cæsaris admittunt, nec cuiquā doctiorum placere arbitror, eorum præsertim qui Beati Rhenani librū rerum Germanicarū secundum viderint: in quo vir diligentissimus totum Ciceronis locum accuratè discussit, & vulnere deprehensō & detecto medicas manus admouit. Pro eo enim quod erat in vulgatis codicibus, *Redeo ad Theobassos, Suiones, Francones*; reposuit, *Redeo ad Betasios, Atuas, Vangiones*, idq. fecit ductu veteris cuiusdā exēplaris. Iam quòd Molinæus addit nō solum Ciceroni & ceteris Romanis Francos notos fuisse, verum iā tum etiā regē nomine Autharium habuisse, qui in Francia orientali siue Franconia sceptrū teneret; facit id quidē cōuenienter Hunibaldicæ historiæ, sed minimè cōuenienter iis quæ de primis Francorū in Germania sedibus grauibus testimoniis probauit. Hunibaldus hunc regem Autharium vocat, cuius filium facit Francū, à quo Sicambri deinde Francones & Franci fuerint nominati: quod si ita est, cœperitq. filius regnare anno ante Christi natalē xxxvi. nō video quī Cicero Sicābros Francones potuerit nominare, cum necdū nomē à rege suo eo tempore accepissent; quo animaduersō Molinæus ab Hunibaldo discedit, aiens antè quoq. Frācos nominatos fuisse: ad quod docendum Ciceronem aduocauit. Sed valeant nugæ, quibus minimè vel tempus vel operam perdidissem, nisi viderē claris hominum titulis, præsertim iurisperitorum, plus frequenter fidei quàm ipsi haberi veritati: quod, vt in actionibus forensibus ferre cogeret, ita in historia nihil eorum nominibus mouebor. Quid quòd Auentinus quoque accuratus, si quis alius, annalium scriptor in hac sententia Molinæo præiuit, & præiudicio suo ante me damnauit quàm reus essem? vt qui anno tricesimo quarto supra millesimum & quingentesimum à CHRISTI seruatoris nostri natali ex hac vita migrarit. Hic enim in Boioariæ suæ antiquitatibus sic scriptum reliquit: Post hæc apud nos Brennus regnauit: de quo carmina

vernacu-

*Autharius Francorum rex.*

vernaculo sermone facta legi in bibliothecis. Bathauia sepultum esse fama tenet; supra quam haud longè Brennobergamum castellum atque gens perdurat; quasi tu dicas Brennonis montem. Huic filium assignant, qui vulgò sit Hiccar (frequens etiam nunc cognomen) in fastis Hichtar, scriptoribus annalium Hector; cuius filius Franco Franconas progeniuit. Ipsi à Cicerone cum Sueuis numerantur. Hæc ille post multas alias fabulas veris admixtas, quæ vnde acceperit, nec scio, nec scire magnoperè laboro; tamen etsi de vernacula Bauarorum historia videatur hausisse; contra quem meras nugas secutum, nugas Hunibaldi adferre possem; cui æquè fides atque Auentino, cum citra rationes & idoneos testes scribit, habenda. Diligentiã certè huius viri admiror & exosculor, sed eo minoris testimoniũ eius facio, quòd pseudo-Berosum, quòd pseudo-Manethonẽ, quòd Anniũ Viterbiensem pseudo-Berosi & ceterorum qui in mendaci illa scriptorum enneade à me in Croniis profligata, & in exilium pulsa continentur, mangonem inter idoneos testes admittat. Quid verò ego illi credã de Franci nominis origine, qui ne Bauarorũ quidem nomẽ, quorum annales ingenti & cura & volumine scripsit, ad veram rationem potuerit referre? Sic enim primum annalium librum exorditur: Bauarus nomen barbarum, obscenum, inauspicatumque, semidocto vulgo protritum, recens est, nuper ab imperitis vsurpari cceptum; nec Latinum, nec Germanicum. Hæc ille. Ego verò contendo, & alibi scripsi, syncoptòs Bauaros dici pro Boiauaris; quia gens mixta Boiorum & Auarorum Noricum occuparit. At Auẽtinus Boioaria nomẽ inter equites vsurpatum dicit, Bauaria inter Grammaticos; & idcirco barbarum & inauspicatum, illud Latinum, faustum & felix esse censet: quasi scilicet equites quàm Grammatici essent doctiores, quod lubenter ipsi assentiar, si de Amadisi, Primaleonis, Orlandi furiosi, & id genus nugarum lectione historia petenda. Confitetur interim Boios in vetustis Auarorum sedibus habitare, & alibi diploma recitat ab episcopo Bathauenũ sibi communicatum, quod ita habet: H. Ludouicus diuina fauente gratia Rex, Reginario Episcopo Bathauenũ in regione Auarorum dono Chirchpach terramque centum prædiorum per circuitum vsque ad Chumenberch. Cetera huc non spectantia omitto, satis est videre, Auaros quoque in illa regione habitasse; & hinc Boiauariam, & conciso vocabulo, Bauariam dictam fuisse. Quemadmodum igitur hinc nec centurionibus nec equitibus credo, ita nec annalibus eorum fidem habeo, è quibus Brenni filium Hectorem, Hectoris Francum fuisse Auentinus nobis persuadere conatur. Si fabulæ admittendæ, Pseudo-manethoni potius credamus; qui Hectorem Troianum Franco patrem dedit, virum pœtarum carminibus illustrissimum, & nobilissimum patriæ defendendæ exemplar; idque eo magis, quòd iam olim Abbas Urspergensis, & Sigebertus Gemblacensis, & Aimonius Francos ad Troianum sanguinem retulerint, vt ceteros, qui non pauci sunt, scriptores omittam. Quod porrò ad Ciceronis locum, quo Franconum videtur fecisse mentionem, spectat, non sum valde sollicitus, mendosusne sit an non. Propterea quòd ex eo effici non possit, vt Francones tum in Franconia habitasse dicantur. Suenorum enim quibus eos coniungit, fines non procul à Chaucis ex vna parte poterant abesse, si vera sunt quæ Cæsar de centum ipsorum pagis scripsit. Chaucis autem Francos tum vicinos fuisse nihil dubitamus, atque hac via, ne vulgata quidem apud Ciceronem lectio nostræ repugnat assertioni: quod adieci, ne quis sola Rhenani correctione nostra stare posse crederet. Nos itaque veterum Latinorum fide freti dicimus, Francos nec Sicambros fuisse, nec in Franconia, cum primùm Romanis innotescerent, consedisse; nec nomen vel à Franco Troiano, vel à Franco Hunibaldico, vel à Franco Boio duxisse; verùm ad ipsum Oceanum habitasse, & nomen sibi sumpsisse ab ipsa Iapeti consecratione; quam ad se, vt ipsius posteros, deriuari felici auspicio & omine appellationis optabant.

Brennobergamum.  
Brenni filius  
Hiccar sine  
Hichtar.

Bauari vnde  
dicti sint.

Auarorum  
sedes.

## FRANCICORVM

## LIBER II.



*Gentium cō-  
migrationum  
caussa vā-  
ria.*

*Francorum  
in Germania  
prima sedes.*

*hinc inuasi  
in i. i. i.*

*Franci An-  
suarii à Lu-  
liano denotati.*

*Traiectum.  
Trecht.*

*Obtricensē  
opidum.*

*Duisburg  
nunc Dispar-  
gum, nunc  
Dysporum  
appellatum.*

*Atthuarij,  
Ansuarii, sive  
Ansuarii.*

**R**ORR ò quī & qua via & quando à Mæotide ad Oceanum vene-  
rint Franci, cum eius rei nihil scriptis veterum proditum sit, equidem  
me nescire fateri malo quàm in anilibus vel coniecturis vel fabulis  
recitandis immorari. Varias ob causas gentium commigrationes  
euenire solent: alias legimus patriis sedibus expulsas nouas quæsi-  
uisse, alias melioribus inhiantes deteriora reliquisse, alias propter  
gentis multitudinem & agrorum angustias colonias emisisse, alias  
aliis causis, quas nihil refert commemorare, sedes mutasse. Liberos Scythas siue Fran-  
cos partem Cimmericorū fuisse in Amazonicis ostensum: qua de re probabile fit, Fran-  
cos vnà cū Cimbris & Teutonibus à Mæotide & veteri sua Cherroneso Cimmerica ad eas  
terras quas nunc Mechelburgenses, Holfati & Danicum finitimis tenent, transisse, at-  
que ibi Cimbricos quidem de nomine suo alteram Cimbricam Cherronesum cōdidisse;  
à quibus an ij qui nunc Imbri dicuntur, genus ducant, nihil habeo quod asseram: Fran-  
cos autem partem inferiorem Germaniæ occupasse, hinc Chaucis, illinc Langobardis  
confinem, quo loco Angriuarios Ptolemæus ponit. Nolim tamen quisquam existimet  
hæc me pro certis astruere velle: coniecturam sequor ea libertate quam in dubiis & ob-  
scuris rebus vt aliis permitti video, ita mihi sumo; nihili facturus si quis contra vel sen-  
serit vel scripserit. Quid me induxerit in hanc suspicionem, in Saxonicis aperui: verum  
quia hæc quæstio propria est materiæ quam nunc versamus, non erit abs re, si quæ illic  
dicta sunt, repetantur. Ammianus Marcellinus Francorum quosdam Ansuarios voca-  
uit, cuius hæc sunt vicesimo libro verba: Iulianus tamen iam celsiore fortuna militisq;  
fiducia lætior, ne intepesceret, ne vt remissus argueretur & deses, legatis ad Constā-  
tium missis, in limitem Germaniæ secundæ est egressus: omniq;e apparatu quem fla-  
gitabat instans negotium communitus Obtricensi Mosæ opido propinquabat. Rheno  
deinde transmissa regionem subitò peruasit Francorum quos Ansuarios vocant, inque  
torum hominum, licentiùs etiam tum percurfantium extrema Galliarum: quos adortus  
subitò nihil metuentes hostile, nimiumq;e securos, quòd scruposa viarum difficultate  
arcente, nullum ad suos pagos introisse meminerat Principem, superauit negotio leui;  
captisque plurimis & occisis, orantibus aliis qui superfuere, pacem ex arbitrio dedit, hoc  
prodesse possessoribus finitimis arbitratus. Beatus Rhenanus pro, inquietorum homi-  
num, legit, incertorum hominum; & pro, Obtricensi Mosæ opido, Toxandro opido,  
relicta voce Mosæ, nec addit tamen qua vel auctoritate vel coniectura sic verba permutat.  
Traiectum vulgò Trecht nominamus, quod duplex cum sit, superius & inferius; cre-  
diderim olim Optricht superius, & Pertricht inferius vocatum fuisse, & Ammianum ex  
Optricht Obtricensi opidum fecisse, qua è Germaniæ secundæ ea parte quæ nunc Bra-  
bantiam complectitur, ad Rhenum Iulianum profectum esse credo, & eo traiecto Fran-  
cos inuasisse, qui tam Duisburgum & Vesaliam & loca inferiora occupabant. Quòd sic  
existimem, facit cum hæc Marcellini narratio collata cum altera eiusdē qua Franci Salij  
Toxandriam inuasisse dicuntur, eadem nimirum via; tum Gregorij Turonensis lib. 2. lo-  
cus hæc habens verba: Ferunt etiam tunc Clogionem vtilem ac nobilissimum in gente  
sua regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum habitabat, quod est in ter-  
mino Thoringorum. Hic videmus pro Clodione, Clogionem; pro Duisburg, Dispargum  
corruptè scribi. Ado de eodem rege agens, castrum Dysporum vocauit: quæ nominis  
corruptela ipsis ne auctoribus an transcribentium ignorantia sit adscribenda, ignoro:  
id scio, miserrimè Germanica vocabula non olim à Latinis modò, sed hoc etiam tem-  
pore à Gallis & Italis tractari solere. In vulgatis Ammiani Marcellini libris, Atthuarios  
habemus pro, Ansuariis, cui mendi sublatis gratiam Beato Rhenano habemus. Atthua-  
riorum nusquam mentionem inueni, & facilis est alioquin & procliuus ex Ansuariis in  
Atthuarios permutatio. Nec dubito, quin de vetustis codicibus Rhenanus hunc lo-  
cum expurgarit; cui hoc tamen addendum, Ansuarios me potius quàm Ansuarios

rios legere, cum quòd illud facilius in Atthuarios quàm hoc transire possit, tum quòd Tacitus Anfibarios eosdem vocarit.

*Anfibarij.*

Hac itaque ex Ammiano sumpta testificatione de Ansuariorù sedibus, diligenter aduertendum quos hìc Tacitus collocarit. Ptolemæus enim vetustiores Græcorum descriptiones secutus non perinde atque hic iuuare nos potest, in iis præsertim gentibus quæ inquieta aliena inuadendi licentia nullis diu iisdem sedibus morantur: tametsi veritas recentioribus collata certiore nobis pariant cognitionem. Cæsaris tempore ita Rheni ripa vltior colebatur, vt Menapij, qui vtramque fluminis ripam tenebant, infra Sicambros; Sicambri infra Vbios habitarent: Verùm Augustus, Agrippa duce, Vbios & Sicambros vtrò se dedentes traduxit in ceteriores partes, quæ Germaniæ secundæ siue inferioris nomine iam tum vocari cœperunt. Ptolemæus aliter longè hanc ripam disponit: Post Phrysijs ad mare inter Rhenum & Amisum positos Busactos paruos locat, deinde Sycambros, quibus addit Sueuos Longobardos, mox superiores facit Tenceros & Criones inter Rhenum & montes Abnobos. Hìc videre licet Busactos Bructeros vocari, & Tenceros, quos Iulius vocat Tenchteros, quos vnà cum Vspetibus, quos alij Vspios, Ptolemæus Vspos nominat, à Sueuis pulsos, & ad triennium errabundos ad Rhenum ait peruenisse, & eorum pedites & omnem multitudinem promiscuam in Menapiorum finibus à se caesam esse, equites verò ad Sicambros transiisse: Vnde liquet, Tenchterorum sedes ad Rhenum minimè pertinuisse, tum cum à Sueuis expellerentur. Strabo pro Bructeris Bructeros, pro Vspetibus Nuspos, pro Sycambrijs Sugambros habet; ita nihil certi in propriis harum gentium nominibus. His Tacitus conferatur; Is post Cattos elegantissimè & summè à virtute militari laudatos & in finibus Hercinij saltus positos hæc subiungit: Proximi Cattis certum iam alueo Rhenum, quiq. terminus esse sufficiat, Vspij ac Tenceri colunt. Tenceri super solitum bellorum decus equestri disciplina arte præcellunt: Nec maior apud Cattos peditum laus quàm Tenchteris equitum. Sic instituere maiores, posterius imitantur; hi lusum infantium, hæc iuuenum æmulatio, perseverant senes. Inter familiam & penates & iura successionum equi traduntur: excipit filius, non vt cetera maximus natu, sed prout ferox bello & melior. Iuxta Tenceros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamanos & Angriuarios immigrasse narratur, pulsos Bructeris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum, seu superbia odio, seu prædæ dulcedine, seu fauore quodam erga nos Deorum. Nam ne spectaculo quidem prælij inuidere: super sexaginta millia, non armis telisque Romanis, sed, quod magnificentius est, oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat quæso duretque gentibus, si non amor nostri, at certè odium sui: quando vrgentibus imperij fatibus nihil iam præstare fortuna maius potest quàm hostium discordiam. Hæc Tacitus. Quorum extremam clausulam vtinam Christiani principes sapius animo reuoluerent & bene ponderarent, nec pergerent ciuilibus suis bellis Turcicum imperium promouere, cui nihil potest contingere fortunatius mutuis Christianorum inter se cladibus. Sed hoc nihil ad nostrum Dionysium. Videmus hìc quas sedes Angriuarij occuparint, eas nempe quæ hinc Frisijs, hinc Tencerijs essent contiguæ in ipsa vltiore fluminis ripa. Quoniam autem ostensum est Sycambros sub Octauiano in Galliam migrasse, verisimile redditur eos Tenchteros quos ad Sicambros transiisse Cæsar narrat, vetustam Sycambrorum domicilia retinuisse; quibus proximi Angriuarij habitarent. At hoc ipso loco Ansuarios Marcellinus collocat, & ipse Tacitus testis est Anfibarios ad Frisiorum fines agros Rheno adiacentes, quos Romani vacuos vsuique militum se positos voluerunt, occupasse; quibus à Romano rursus fuerint depulsi. Hæc eadem loca Frisij prius infederant, & à Romanis item deserere coacti sunt. Sed præstat ipsum Tacitum audire: Eosdem agros, inquit, de ripa proxima Frisijs loquens, Anfibarij occupauere, validior gens, non modò sua copia, sed adiacentium populorum miseratione; quia pulsi à Chaucis & sedis inopes tutum exsilium orabant: Aderatque iis clarus per illas gentes, & nobis quoque fidus, nomine Boiocalus; vincitum se rebellionem Cherusca iussu Arminij referens: mox Tiberio & Germanico ducibus stipendia meruisse quinquaginta annorum obsequio. Id quoque adiungere, quòd gentem suam ditioni nostræ subiiceret: Quotam partem campi iacere in quam pecora & armenta militum aliquando transmitterentur. Seruarent sanè receptus gregibus inter hominum famam: modò ne vasti-

*Rheni accola ex sententia Cæsaris, Ptolemæi, Strabonis & Taciti.*

*Menapij. Sicambri. Vbij.*

*Phrysijs. Busactos, siue Bructeri. Sycambri. Sueui Longobardi.*

*Tenceri, siue Tenchteri. Criones. Vspetes, Vspij. Vspii. Bructeri. Nuspi. Sugambri.*

*Catti. Vspij. Tenchterorum mores & disciplina militaris laus.*

*Bructeri, eorumque excidium. Chamanij. Angriuarij.*

*Angriuarij quas sedes occuparint.*

*Boiocalus.*

tatem & solitudinem mallent quàm amicos populos. Chamauorum quondam ea arua, mox Tubantú, & pòst Vsuperiorum fuisse. Sicut cælum Diis, ita terras generi mortaliū datas: quæq; sint vacuæ, eas publicas esse. Solē deinde respiciens & cetera sidera vocans, quasi corā interrogabat, vellēt ne cōtueri inane solū? potius mare superfunderēt aduersus terratū ereptores. Et cōmotus his Auitus: patiēda meliorū imperia. Id diis, quos implorarent, placitum, vt arbitriū penes Romanos maneret, quid darent, quid adimerēt, neq; aliōs iudices quàm seipsos paterētur. Hæc in publicū Ansibariis respondit; ipsi Baiocalo, ob memoriā amicitiaē daturū agros: quod ille, vt proditiōis pretium, adspēnatus, addidit: Deesse nobis terram<sup>in</sup> qua viuamus, <sup>potest</sup> in qua moriamur, non potest, atque ita infensis vtrinq; animis discessum. Illi Bructeros, Tencteros, vltiores etiam nationes socialēque bello vocabāt: Auitus scripto ad Curtiliū Manciā superioris exercitus legatū, vt Rhenū transgressus arma à tergo ostenderet, ipse legiones in agrum Tencteriorū induxit, excidiū minitans, nisi causam suam dissociarent. Igitur assistētibus his, pari metu exterritis Bructeris, & ceteris quoq; aliena pericula deserētibus; sola Ansibariorū gens retro ad Vsuperios & Tubantes concessit: quorū terra exacti, cū Cattos, dein Cheruscōs petissent, errore longo hospites, egeni, hostes in alieno, quod iuuentutis erat, cæduntur. Imbellis ætas in prædā diuisa est. Hæc Tacitus. Nos quò minùs credamus, omnes Ansibarios deletos esse vel raptos in seruitutē, facit partim Marcellinus, partim locorū situs quæ antè inuaserāt & pòst occuparunt; partim Angriuariorum & Ansibariorum nominū allusio. Nec video quos potius Chaucis sedibus patriis expulerint, quàm eos quos finitimos haberent. Iam Angriuarij proximi Chaucis maioribus olim habitabant inter Albim & Vifurgim, Langobardis inferiores, vti Ptolemæū consulenti liquebit; quo fit vt eosdē esse credam Ansibarios & Angriuarios, & Tacitū diuersitate nominū deceptū diuersos populos putauisse. Quid quòd idē Baiocalū refert ea recitantē quæ prorsus Angriuarijs conueniūt? Nam in bello cōtra Cheruscōs gesto Angriuarij se Romanis dederūt, auctore, vt opinor, Baiocalo; qui se dicit quinquaginta annos Romanā militiam secutū. Quòd fides etiam eius erga Romanos laudatur, non mirū; cū Angriuarij multos Romanos ære suo redēptos è manibus aliorū Germanorū, in quas sub Germanico inciderāt, liberarint. Accedit & illud, quòd Ansibariorū gēs validior Frisiis à Tacito dicatur, indicio certissimo, nō omittēdā fuisse à Ptolemæo, si alia ab Angriuariis fuisset. Adde nūc quæ pòst sunt cōsecuta inter Angriuarios & Bructeros, quorū hi ab illis deleti, cū ob alias, tum ob eā mihi causam vidētur, quia Ansibarios siue Angriuarios contra Romanos deseruissent. Cū igitur Tacitus fateatur Angriuarios Bructeriorū terras Rheno adiacētes occupasse, & Iulianus iisdē locis Ansibarios inuenerit, conicio eosdē Angriuarios & Ansibarios esse; & nominis immutandi causam eam fuisse quā in Saxonice indicauī. Quod si verū est, procliuus in eā ferat sententiā, Angriuarios vnā cū Cimbris olim à Bosphoro Cimmerico & locis finitimis in Germaniam venisse, & à Cimbris digressos ad superiora contendisse, sedesque Chaucis maioribus proximas occupasse; à quibus fortasse eā ob causam pulsī sunt, vel quæ gens esset inquieta & finitimis molesta, vel quòd Romanis Germaniæ ceruicibus iugū intētantibus, non fauerent tantū, sed etiam militarēt. Romanorū deinde ingrātū animū experti, quòd nec cōtra Chaucos iuissent, nec è sedibus patriis profligatos in vacua cultoribus loca admisissent, & quòd nec societate nec amicitiam, sed Germanorū exitium quærerent, tandē fauore vicinorū Rheni ripam, vetus Bructeriorū domiciliū, obtinuerūt. Meritò igitur proditiæ societatis causa perpetuo odio Romanos sunt persecuti, assiduis incursionibus vicinas prouincias vexando. Nominis quidē ea parte qua primū ad Rhenū confederunt, reliquæ vel nullæ vel exiguæ extant, quas tamē agnoscere liceat in Angeren, vico citerioris ripæ Rheni, & Angelre in vltiore ripa circa Doelborgū sito ad tria plus minus milliaria ab Angeren remoto, & Anger fluuiolo supra Duifberch in Rhenū delapso. Verū non immeritò roget quis, quī factū sit, vt Angriuariorū nomē tum cū Romanis subditi nō essent, potius tulerunt quàm Francorū; cū hoc quàm illud & antiquius multo & nobilius sit? Frequēter dixi Germanicā Scythicamq; nationē omnem nomina lobenter ea finxisse, quibus symbolū aliquod propositi in quo tum essent contineretur; quale est nomen Germanorū, Scytharum, Thungerorum, Atuatiorū, Neruiorum, Atrebatum, & compluriū aliarū gentium: quo fit vt mirari non debeamus, si idem populus diuersa nomina vsurparit, pro eo atque diuersa diuersis temporibus sibi proponebat.

*Auitus.*

*Ansibariorū  
excidium.*

*Ansibarios et  
Angriuarios  
esse eosdem.*

*Angriuarij  
vnde in Ger-  
maniam ve-  
nerint.*

*Angeren.  
Angelre.  
Anger.*

*Angriuarij  
cur Francorū  
nomen omise-  
runt.*

nebat. Potuit etiam & illud accidisse, ut cum ad diuersas sedes Franci distraherentur, alij alia nomina sumpserint, primo illo, quod totius esset vniuersitatis, in nulla parte remanente, uti augustiore quam ut illos deceret qui non longè latèq. vicinarum gentium dominio inclaruissent. Quocirca tum maximè rursus in usum credo vocatum, cum iam Bructeris deletis Romanos etiam, quibus antè parebant, vexare cœperunt. Neq. enim antè nominis huius maiestatem merebantur, cum nec Chaucis pares essent, nec proprias sedes vel contra hos vel contra Romanos possent tueri, nedum palmites suos per gentes expandere vicinas. At cum iam certum esset, non solum libertatè suam defendere, sed Romanos etiam prouinciis expellere, optima ratione Francos sese rursus vocarunt, ipso hoc suo nomine, veluti ceumate, ad animos prisca maiorum nobilitatis monitu incitandos, usq. quo Romanorum tyrannide fortiter depulsa fines suos longè latèque proferrent. Nec absurdum, immò in primis verisimile, ut Germanorum, sic Vrancorum quoque nomen aliquot gentibus commune fuisse, nec tamen vlli post nationis diuisionem peculiare, verum iam viribus non solum suis, sed vicinorum etiam in vnum contra Romanum nomen collectis, & ad libertatem recuperandam & ditionis suæ terminos ultra Rhenum promouendos, nomen illud à maioribus olim acceptum in usum vocasse, quia tale esset, ut licet antè numquam fuisset, tum tamen temporis nullum magis proposito suo idoneum potuissent fabricari, quandoquidem eo significaretur totum id quod omnibus & animi & corporis viribus moliebantur. Et fuerit fortasse tum maximè apud ipsorum maiores in usu, cum magnas & validas expeditiones ad imperiū ampliandum, gentesque alias subiugandas omnibus totius suæ gentis nervis aggredierentur. Ad eiusmodi usum Germanicum etiam nomen videtur seruisse, utpote quod tum demum Galli audierunt, cum à Thungris patrio suo solo expelleretur. Et quemadmodum hoc nouum nuperque additum Tacito videtur, quia eius usus antè cognitus non esset quam aliena inuaderet, tamen apud Herodotum in Persarum exercitu recensendo, & apud Dionysium in Maxotidis accolis enumerandis positum celebratumque monstratum, ita in Vrancorum quoque fieri potuit nomenclatura, ut videlicet tum demum nata crederetur, cum ab iis quibus brachia sua intentabant, primum audiri cœpisset. Atque hæc quidem de Ansibariis, Ansuariis, Angriuariis sub Francorum nomine comprehensis, & ipsorum primis & secundis sedibus sufficiant, quorum non maior fides esto quam rerum, locorum, nominum, temporum, scriptorumque concordia meretur. Quod si Plinij viginti rerum Germanicarum libri exstaret, certius fortasse de his ipsis differere liceret, tamen Tacitus sub Traiano scribens propinquior fuerit florentibus Francorum rebus, eoque potior auctor in huius gentis exordiis per coniecturas examinandis. Equidem video ad Domitiani usque imperium Tenchteros Rheni ripam ad veteres usque Vbiorum sedes tenuisse, quandoquidem Tacitus inter Agrippinenses & Tenchteros non aliud quam flumen medium facit. An verò Bructerorum ditio ad Lippiam usque pertigerit, nesciuissem, nisi Tacitus referret, Velledæ virginis latè in Germania imperitanti & nationi Bructerarum nauem prætoriam Romanis ereptam per Lippiam dono missam: quo fit, ut si in patria sua habitaret, dicendum videatur, ad Lippiam usque Bructerorum pertinuisse regionem, à Frisiis exorsam: cui illud quoque ex eiusdem auctoris primo libro consentit, quod sic habet: Ductum inde agmen ad vltimos Bructerorum, quantumque Amisiam & Lippiam amnes inter, vastatum, quibus Taciti verbis inter Lippiam & Amisiam Bructerorum supremi fines statuuntur.

*Angriuarij  
Francorum  
nomen iusta  
de cassia re-  
sumus.*

*Germanorum  
nomen quan-  
do primum  
Gallis audi-  
tum.*

*Tenchteri us-  
que ad vete-  
res Vbiorum  
sedes Rheni  
ripam tenuerunt.  
Bructerorum  
ditionis am-  
plitudo.*

Videndum itaque quæ post consecuta, & qua via Ansibarij, Romanorum infensissimi hostes odiis optimo æquissimoque iure susceptis, sed tum adhuc vagi & agrorum egeni, Bructeros, Chamauorum ope & vicinarum nationum consensu exciderint. Mihi sic suspicari lubet, Bructeros, penes quos tum per Velledam summa rerum esse videbatur, superiores euasisse quam ut à liberis Germanorum animis ferri possent. Superbiam hanc Tacitus in iis quæ ex ipso adduximus, indicauit, tum illud vicesimo primo de Batavis commemorat; unde facile sit coniectare, qua ratione finitimi Bructeros opprimi permiserint. Ait enim, à Ceriali Velledam & propinquos tentatos, quod pacem cum Romanis inirent atque firmarent. Nam Cerialis, inquit, per occultos nuntios Batavis pacem, Ciuili veniam ostentans, Velledam propinquosque monebat, fortunam belli tot cladibus aduersam opportuno erga populum Romanum merito mutare: Cæsos Treiros, receptos Vbios, ereptam Batavis patriam: neque aliud Ciuili amicitia peractum quam vulnera, fugas, luctus:

exsulem

exsulem eum & extorrem, recipientibus oneri. Et satis peccauisse, quòd toties Rhenum transcederint: si quid vltra moliantur, inde iniuriã & culpam, hinc vltionẽ & Deos fore. Miscebantur minis promissa. Et concussa Transrhenanorũ fide, inter Batauos quoq. sermones orti, non prorogandã vltra ruinam. Nec posse ab vna natione totius orbis seruitiũ depelli: quid perfectum cãde & incendiis legionum, nisi vt plures validioresq. accirentur? Si Vespasiano bellum nauauerint, Vespasianum rerum potiri. Sin popul. Rom. armis prouocent, quotam partem generis humani Batauos esse? Respicerent Rhãtos Noricõlque & ceterorum onera sociorum; sibi non tributa, sed iuuentutem & viros indici. Proximum id libertati: & si dominorum electio sit, honestiũs Principes Romanorũ quã Germanorum feminas tolerari. Hãc Tacitus. è quibus duo mox elicio: alterum, fieri non potuisse, vt non ægerrimẽ Germani tulerint Velledam, Brueterõsq. eius cognatos; primos belli, quo communis omnium libertas petebatur, finem fecisse, promissis, donisque, vt indicatum videmus, corruptos: alterum, veri simillimum esse, non Batauos tantum à femineo imperio abhorruisse, verum etiam finitimas gentes post hanc pacis pactionem commotas fuisse ad detrahendum nomini dignitatq. muliebri, quòd hic sexus magis videatur muneribus capi posse. Videbantur tũ Brueteri præcipui primariiq. libertatis assertores esse debere, & quia Rheni ripam tenerent, per quam in Romanam dirionem facillimus transitus esset, & quia summum iuris dicundi caput belli que vel suscipiendi vel deponendi auctoritatem in Velleda sua haberent. Quis ergo non credat, apud vulgus iuxta nouarum rerum atque libertatis avidum, iactari cõceptum, alio duce opus esse ad Germaniam à seruitute vindicãdam quã femina iam à Romanis inescata, & munerũ quã patriã liberandã amantiore: aliis item viris, quã huius molliem corruptelamq., contagione quadam à Principibus in populum grassari solita, secuturis. Iam Brueteros quoque tantum fastus tum de regina sua, tum de summo loco sibi arrogare, vt æquẽ atque Romani intolerabiles sese præberent. Non iam Deorũ metu, non religione vlla Velledam teneri, cum eam cui præesset Romanorum & pollicitis & donis prodidisset. Qua de re quid aliud expectari, quã vt Romanorum auxilio freti tyrannidem sibi in ceteros Germanos stabilire nitantur. Accedere ad id tentandum tum locorum, quã tenerent opportunitatem, tum diuitias & hominum multitudinem, quibus præ ceteris abundarent, tum etiam fœdus recens cum Romanis initum atque sancitum. Quamobrem maturẽ prouidendum, ne viribus ita augeantur, vt remedij nihil restet: idq. eo magis accelerandum, quòd occasio daretur commodior quã vel optari posset. Ansibarios sedibus suis & fortunis excussos iam diu oberrare, & extorres prædis inopem & duram vitam vix sustinere. Eos ad quiduis audendum promptissimos, vt quibus nullus metus aut patriã, quam nullam habent, aut vitã, quã morte durior ipsis esse cõcepit, amittendã. Deinde veteri odio contra Romanos & Brueteros flagrare; contra illos, quòd vacuis terris eiecissent; contra hos, quòd aduersus Romanos non adiuuissent: atque idcirco lubetissimẽ arma vtrisque illaturos, si intelligant id gratum finitimis gentibus quibus Velleda imperat, futurum, maximẽ si clanculario fauore nõnihil rebus ipsorũ succurratur. Quòd si fortuna adspirante Brueteros ab omnibus desertos expellat, nullos fore vel limitis Rhenani diligetiores custodes, vel ad Galliã Romanis eripiendam meliores duces. Nullum principium faustius, auspiciatũq. libertatis prorogandã tuendãq. inueniri posse, quã si illorũ ductu res geratur qui Francis maioribus orti, non solum gẽtili nomine mouebũtur, sed etiam hinc domestica egestate, hinc odio & indignatione veterũ iniuriarum exardescant. Hãc & eiusmodi plura ab iis quos & muliebris imperij tãdebat, & Brueterorum tum felicitas ad inuidiam, tum felicitatis comes superbia ad odium impellebat, id tẽporis dicta iactataq. fuisse facillimẽ credã; & mox etiam consecuta quòd hãc tendebãt. Arripuisse nimirũ Ansibarios Francos rei bene gerendã occasione, & ad id socios sibi adsciuisse Chamauos, à quibus fortasse ob commiserationem fuerãt velut hospitio suscepti. Ptolemãus certẽ Chamauos inter Visurgim & Albim supra Longobardos & Cheruscos locat, Cattis proximos, eo ferẽ tractu ad quem nunc Cassel opidum celebre habetur; quòd Angriuarios profugisse non sit absurdum, vel Chamauorum amicitia, vel locorũ asperitate & saltus Hercinij munimentis sese defensuros. Hinc trans Visurgim non longũ iter ad Luppia fontẽ, quem Lipspront nũc vocat, exiguo interuallo à Padeborna situm; à quo rectã in Brueterorũ fines descensus patebat.

Velleda.

Brueteri cur  
vicinis Ger-  
manis exosi,  
& eorum ex-  
sidiũ causã.

Chamauo-  
rum sedes.

Lipspront.

His

His consentit quod Tacitus lib. 13. refert, Ansibarios à Chaucis eiectos ad Vsiptos & Tubantes retrò cessisse; quorum terris exactos, Cattos; deinde Cheruscos petiuisse, nec ab his nec ab illis admissos. Quod verò addidit, quòd iuuentutis erat, cæsùm; imbelles vulgus in seruitutē actum, id quidē aliqua tenus credo, verùm omnes cæsos fuisse nō credo ob ea quæ prius adduxi. Quin id de rerū locorumq. cōuenientia elicio, in Chamauorū finibus Ansibarios tantisper cōsedisse locis asperrimis & culturæ ferè ineptis, dū ad hanc expeditionē cōtra Bructeros inuitarētur; atq. idcirco Chamauos quoq. sediū suarū per cæsos, & cupidine meliorū allectos socia arma iunxisse, tanto causa meliore, quòd quondam circa infimas Rheni ripas proximi Frisiis habitauissent, vt Boiocalus apud Tacitum cōmemorat; vnde ad asperrima loca pulsū, & procliuēs ad cōmiserationē similia passorū erant, & propensi, si qua occasio daretur, ad vetustas sedes repetendas. Hæc igitur initia, hæc causæ fuerunt exitij Bructerorū, quod Tacitus de relatu aliorū Angriuariis attribuit, nescius eosdē modò Angriuarios, modò Ansibarios nominatos; & hos quidē omnes delatos arbitratus, quòd in loca Romanis ignota profligati, cæsū crederētur. Post pacē igitur cū Bructeris à Romanis sub Domitiano cōpositam hoc bellū occasionē & exordium sumens ita gestū est, vt sub altero Traiani Imperatoris consulatu fuerit confectū, quo tempore Tacitus de moribus Germanorum agens, Bructeros penitūs excisos iis quæ antè retulimus verbis prodidit. Occupatis iā tum Bructerorū terris, Ansuarij vetus Francorum

*Chamaui cū  
Ansibariis  
arma iun-  
xerint.*

*Ansuarij  
quando vetus  
Francorum  
nomē resum-  
pserint.*

Nunc igitur domicilio Francorū ad Rhenū cōstituto, cōsequens est videre quàm se egregios Germanicæ libertatis defensores, & quàm acres Romani nominis hostes præstiterint, quamq. bene vicinarū gentium, quarū permissu & consensu Bructeros deleuerāt, auidæ respōderint expectationi. In primis ad Oceanū vsq. limites promouere, occupatis inter Batauos & Frisios campis iis quibus & Frisij prius, & ipsi post pulsū fuerāt prætextu eo, vt ad vsū præfidiariorū militū vacui relinquērētur, ad armenta gregesq. pascendos. Hos eos fuisse campos nihil dubitō, quorū nunc pars *Mastbjoet* vocatur, vnā cū magna parte Transiulaniæ maritimæ, vsq. ad Septem siluas vocatas extensa; quod Tacitus apertè videtur ostendisse. Eoq. inquit de his locis loquens, Frisij iuuentutem saltibus aut paludibus, imbellem ætatē per lacus admouere ripæ, agrosq. vacuos & militū vsui sepositos infedere. Opinor equidem per hos saltus Septem siluas intelligēdas, à quibus quantum agrorū ad Rhenum vsque iaceret, militum vsui fuisse deputatum; quorum pars *Mastbjoet* vocata nō aliud significat quàm si dicas, humilia prata pecori impinguando idonea. Videre hīc est, quàm breui frequenter fiat magna rerum conuersio.

*Franci Ansi-  
barij in Fri-  
siorum atque  
Batauorum  
finibus ad O-  
ceanum im-  
perium pro-  
mouerunt.  
Mastbjoet.*

*Septem siluæ.*

Quos campos Boiocalus Ansibariorum Princeps vnā cum suis popularibus sediū & domiciliū indigis nec meritis vel suis vel suorum maximis, nec rationibus de iure gentium petitis Neronis tempore impetrare potuerat, eos ipsos filij ipsius & nepotes, quos rumor erat aut cæsos aut in seruitutem abactos, intuitis Romanis eripuerunt, & homines extorres & à Romanis, quos magnis beneficiis sibi obligauerant, neglecti atque deserti sic exiguo annorum numero conualuerunt, vt eos qui apud Germanos rerum

*Franci Ansi-  
barij campos  
eos quibus  
prius pulsū  
erant, inter  
Frisios et Ba-  
tauos recupe-  
rant.*

potitentur & cum Romanis fœdera iunxissent, sedibus exigent, atque penitūs deleuerent. Quòd autem dicam ab ipsis loca vacua inter Frisios & Rhenum occupata, id inde coniecto, quòd non ita multo post à re nauali plurimū valuerint, & ab omnibus fide dignis Oceani accolæ ad Rheni ostia fuisse scribantur; quod fieri non potuisset, nisi quantum agri inter Frisios & Rhenum patēret, occupassent. Lacus autem per quos imbellem ætatē in campos vacuos Frisij portasse dicuntur, sunt ij qui hætenus inter siluas & Oceanum videntur, quorum qui maximus est & siluis proximus, emissarium habet ad ipsos campos quorum facimus mentionem. Frisia hac parte igitur his siluis & lacubus prius à vacuis Romanorum campis, deinde à Francis dirimebatur, quo fit vt Vechti fluminis, de quo an Vidrus sit, necne, nondum statuo, ac Rheni ostia non longo interuallo seiuncta, Francorum fuerint classi instruendæ perquam opportuna; quibus locis nunc *Campen / Greinuiden / Dollenhouen* oppida spectantur.

*Francorum  
& Frisiorum  
limites.  
Campen.  
Greinuiden.  
Dollenhouen.*

*Frisio.*



*Campan.  
Sennuden.  
Woltenhou.  
Frisiorū pra-  
cipuum na-  
uale.  
Fleuū castel-  
lum.  
Fiodoy.  
Groeninger-  
diep.  
Francos non  
fuisse partem  
Chaucorum.*

*Frisii Roma-  
nis bellum in-  
ferunt.*

*Fleuum ca-  
stellum.*

*Lucus Badu-  
henna.*

*Frisiorū cla-  
rum ex victo-  
ria nomen.*

Frisiorum illis temporibus præcipuum nauale videtur fuisse qua parte Groeninga mari proxima est, eo loco quo hodie *Fiodoy* habitatur, cui nomen à Fleuo apud Tacitum castello videtur mansisse, quod Ptolemæus Philebum vocat. *Fiodoy* / siue Latinè, Fleui pagus visitur ad ipsum *Groeninger-diep* / id est, ad Groeningorum altum, nauium maiorum receptaculum. Hæc eo accuratiùs & fortasse nimis prolixè de locorum situ dicuntur, ne quis à Beato Rhenano inductus, opinetur Francos sub nomine Chaucorum latuisse, & ex illorum littoribus Oceanum infestasse, quod credendum minimè esse ex frequenti & ferè assidua Francorum in Bataviam incursione perspicuum sit, quæ tam facilis & prompta ipsis non fuisset, si tota Frisiorum regione media abfuissent, immo Frisij priùs quàm Batavi fuissent inuadendi, in quorum agris transeundis maxima obstacula & impedimenta fuissent oblata, partim ex itineris difficultate, quod per pontes longos, qui aggeres sunt & tramites angusti inter paludosos campos, crebrò tenendum fuisset; partim quòd gens esset alieni iugi externæque iniuriæ impatiens, & non locorum magis natura quàm eximia sua virtute egregiè tuta. Ceterùm quia non Rhenanus tantùm Chaucorum partem Francos fecit, sed alios etiam in eandem video sententiam descendisse, operæpretium me facturum puto, si totum Taciti locum, cuius modò mentionem feci, transcribam, quòd cuius inde æstimare possit, quàm veri simile non sit, Francos per Frisiorum agros è Chaucis vsque incurfasse regionem Batavorum. Eodem, inquit, anno Frisij Transrhenanus populus pacem exuere nostra magis auaritia, quàm obsequij impatientes. Tributum iis Drusus iusserat modicum pro angustia rerum, vt in vsus militares coria boum penderent, non intenta cuiusquam cura quæ firmitudo, quæ mensura; donec Olennius è primipilaribus regendis Frisiis impositus terga vrorum delegit, quorum ad formam acciperentur. Id aliis quoque nationibus arduum, apud Germanos difficiliùs tolerabatur, quis ingentium belluarum feraces saltus, modica domi armenta sunt. ac primò boues ipsos, mox agros, postremò corpora coniugum aut liberorum seruitio tradebant. Hinc ira & questus, & postquam non subueniebat remedium ex bello, rapti qui tributo aderant milites & patibulo affixi. Olennius infensos fuga præuenit, receptus castello cui nomen Fleuum, & haud spernenda illic ciuium sociorumque manus littora Oceani præsidebat. Quod vbi L. Apronio inferioris Germaniæ propratori cognitum, vexilla legionum è superiore prouincia peditumque & equitum auxiliarium delectos acciuit: ac simul vtrumque exercitum Rheno deuectum Frisiis intulit, soluto iam castelli obsidio, & ad sua tutanda digressis rebellibus. Igitur proxima æstuaria aggeribus & pontibus traducendo grauiori agmini firmat, atque interim repertis vadis alam Canninesatum & quod peditum Germanorum inter nostros merebat, circumgredi terga hostium iubet; qui iam acie compositi pellunt turmas sociales equitesque legionum subsidio missos. Tum tres leues cohortes, ac rursus duæ, dein tempore interiecto acriùs eques immisus: satis validi si simul incubuissent, per interuallum aduentantes neque constantiam addiderant turbatis, & pauore fugientium auferebantur. Cethecio Labeoni legato quintæ legionis quod reliquum auxiliorum tradit; atque ille dubia suorum re in anceps tractus, missis nuntiis vim legionum implorabat. Prorumpunt Quintani ante alios, & acri pugna hoste pulso recipiunt cohortes alasque fessas vulneribus. Neque Dux Romanus vltum iit, aut corpora humauit, quamquam multi tribunorum præfectorumque, & insignes centuriones cecidissent. Mox compertum à transfugis, nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhenna vocant, pugna in posterum extracta confectos, & aliam quadringentorum manum, occupata Cruptronicis quondam stipendiarij villa, postquam proditio metuebatur, mutuis ictibus procubuisse. Clarum inde inter Germanos Frisium nomen, dissimulante Tiberio damna, ne cui bellum permetteret; neque Senatus in eo cura an imperij extrema dehonestarentur. Hæc ille. Quis modò credet Francos per hunc populum paludibus, lacubus, siluis & sua ipsius vi satis munitum ad Batavos transisse, idque tam obiter, vt & Frisiis dormitantibus, & Romanis ignatis id factum videretur; cum ipsorum per Frisiam expeditionis nemo eorum meminerit, qui alioquin de Batavia vel hostiliter inuasa vel etiam occupata scripserunt?

N. y. N. c. igitur non vanis nec futilibus, ac contrà sat firmis, vt res fert, coniecturis id mihi videor effecisse, vt cuius non omnino peruicaci probari possit, Francos Cimmericiorum

fiorum olim partem fuisse, atque à Maotide digressos, petinde atque eos qui Cimbrorū nomen retinuerūt, in Germaniam Oceano finitimam cōmigrasse, atq. inde sedes inter Chaucos maiores & Langobardos Cheruscōrū finibus proximos posuisse, nomine sibi indito Angriuariorum: atque post hinc à Chaucis maioribus expullos, Ansbarios dici cepisse per vicinorum irrisionem, quod iam non arripere, ut solent, ex nomine priore iactabant, sed videre aliorum res possent, atque ita extorres silvas & saltus Chamauis vicinas tantisper tenuisse, dum ad Bructerorum imperium euertendum inuitarentur; & hinc rursus vetus Angriuariorum nomen alienis arripiendis recuperasse; nec eo contentos, augustum illud Francorum nomen de prisca maioribus suis repetuisse, eo ipso ominatos quod sunt consecuti, se nimirum longè lateque palmites suos in Romanorum prouincias extensuros. Quamobrem his modò, velut incunabulis quibusdam renascenti populo, constitutis, è quibus & Oceanum possent, & traiccto Rheno Germaniam inferiorem infestare; ordinis rationi consentaneum esset, ut quæ hinc ab altero Traiani Imperatoris consulatu gesserint, exponeretur. Verùm quoniam nihil domesticis ipsorum monumentis adiuuamur, utpote hominum rei bene gerendæ quàm litteris mandandæ studioforum; nisi fortè Hunibaldos quis fabulatores frigidissimos idoneos testes arbitretur, contentos nos esse oportebit iis quæ à Romanis memoriæ prodita leguntur; ea tamen conditione, ut ab hostibus & iniquis rerum externarū aestimatoribus profecta intelligantur. Ceterùm quando non pauca in iis quæ modò à nobis sunt citata ad hunc locū spectantia continentur; non erit opus ut eisdem repetendis simus non prolixiores tantum, sed delicatoribus etiā auribus odiosi. In ipsis certè felicitatis suæ exordiis verisimile est eos Rheni ripas citeriores non tentasse, ne Romanos multo potentiores contra se necdum bene confirmatos irritarent; satis id rati quod ad Oceanum vsq. vacua loca occupassent, ut & modò dixi, & ex iis liquet qui Francos principiò ad Oceanum & Rheni paludes habitasse scribūt. Tempore Antonini Pij legimus apud Iulium Capitolinum, Catos in Germaniam ac Rhœtiam irrupisse, Marcomannos, Quados, Sueuos, Hermunduros, & alios quosdā populos aduersus Romanos coniurasse, sed nulla adhuc mentio vel Francorum, vel Angriuariorum; cum tamē eo tempore in Britanniam Calphurnius Agricola mitteretur; quo, si quicquam in Germania inferiore turbatū fuisset, ab eodem scriptore additum haberemus. Cum autem Antoninus Germanorum auxilia contra Germanos emisse dicatur, ea ipsa arte qua etiam nostro tēpore Germani vincuntur, fuerintq. multo antea Bataui & Thungri in stipendiis Romanorum, non puto veri dissimile fore, si dicantur eo tempore Franci quoque nonnulli sub nomine Germanorum contra Catos, Marcomannos & Quados & ceteros vicinos conducti fuisse; non illud quidē vllò in Romano studio, sed ingenito Germanis res suas bello augēdi amore, & si domi pax sit, foris militiam quærendi consuetudine: tum ea etiam fortasse causa, ut Romanæ militiæ assueti reapse discerent quibus artibus imperium propagandū tuendumq. esset. Ut sic suspicer, facit cum Batavorū & Thungrorum vicinia, quorū exemplo facile poterant inuitari; tum etiam quod maiores ipsorū duce Boiocalo in Romanis castris meruissent. Via mihi sanè planissima videtur ad nocendū, prius omnem militarem disciplinam eius gentis peruidere, cui exitium machinaris quàm quicquam hostile tentes. Qua verò id ratione facilius consequaris, quàm si iis quorū finibus inhias auxiliares cohortes mitas, quæ non armorum modò & stratagematū vsū perspiciant, sed locorū etiam & tempotum opportunitates explorent. Scio equidem Francorū nomen id temporis necdum celebrari ab historiæ scriptoribus; at illud non possumus negare, sub Gallienò Francos Posthumo auxiliares fuisse, apertè id Trebellio Pollione testificato. Cum igitur hic è tota Gallia Germanos scribatur profligasse, & Francorum auxiliis vsus esse, sic hanc rem mecū supputo; lubenter Francos contra Catos, Tenchteros, ceterosq. in Gallia pugnasse, ut ipsi vel precario vel vi eadē loca post occuparent, à quibus solo fluminis discrimine seiungerentur. Post verò nō ita multo apertè cœpere Romanos lacessere, sed, ut Mars est ἀλλοπερσάλλος, dubio frequenter & tristi euentu. Nam minimo exinde tēporis interuallo in Galliam eruperunt, totam regionem ferè incurfantes, quos Flavius Vopiscus pullos scribit ab Aureliano necdum Imperatore, verū sextæ legionis Gallicana tribuno, ita ut id accidisse videatur cōfestim à Posthumi morte, aut ipso adhuc Gallieno aut Claudio imperante. Ceterùm cum sexta hæc legio apud Maguntiacum stationem

Francos Romanis contra Catos, Marcomannos, & Quados militauisse.

Franci Posthumo auxiliares.

Franci ab Aureliano pulsi.

*Franci re na-  
uali clari Bri-  
tanniam ve-  
xant.*

habuisse scribatur, par est credere, eousq. tum Francos excurrisse, & cohortem aliquam eorū ab Aureliano victam, non pluribus captis quàm trecentis & septingentis interemptis; ne quis putet totas ipsorū copias iusta acie ad interuersionem cæsas. Celebratur & Probi cōtra eos victoria, quo loco paludū, quibus se tuerētur, Flavius meminit; & Frācos à Germanis & Alemanis discernit. Mox inde non Galliarū modò vastatione, sed nauali etiā re inclaruerunt, vt Panegyricus Maximiniano dictus ostēdit, qui Britanniam quoq. ab ipsis vexatā occupatamq. ex parte cōmemorat: atq. ad eò tum temporis res ipsorum inualuisse, tum domesticis tum sociorū armis, vt omni Romanorū imperio exitiū imminere videretur; quod his verbis expressum est: Confecisti, inquam, bellū, Cæsar inuicte, quod cunctis impēdere prouinciis videbatur, tamq. latè vagari & flagrare poterat, quàm latè omnis Oceanus & mediterranei sinus alluunt. Neq. enim si metu vestri lues illa solis Britannia visceribus intabuit, id idcirco nescimus, quanto se aliās furore iactasset, si fiduciam peruagandi quā patebat, habuisset. Nullo siquidem certo sine montiū aut fluminū terminabatur, quem dispositæ limitis custodia nō tuerentur: sed vbiq. nauis licet nobis virtutē felicitatemq. vestrā haberemus, magnis tamē terroribus imminebat, quā iacēt maria, quā vēti ferūt. Recursabat quippe in animos illa sub diuo Probo & paucorū ex Francis captiuorū incredibilis audacia, & indigna felicitas; qui à Ponto vsq. correptis nauibus Græciam Asiamq. populati, nec impunè plerisq. Libyæ littoribus appulsi, ipsas postremò naualibus quondā victoriis nobiles ceperant Syracusas, & immēso itinere peruecti Oceanum, quā terras rupit, intrauerant; atq. ita euentu temeritatis ostenderant, nihil esse clausum piraticæ desperationi quò nauigiis patēret accessus. Itaq. hac victoria vestra nō Britannia solū seruitute est liberata, sed omnibus nationibus securitas restituta, quæ maritimo vsu tantum in bello adire periculi poterant, quantū in pace cōmodi consequuntur. Nunc secura est, vt de latere Gallico taceam, quamuis penē cōspicuis littoribus Hispania, nunc Italia, nunc Africa, nunc omnes vsq. ad Mæotidas paludes perpetuis curis vacant gentes. Hæc Panegyrista qui paullo pōst, de gaudio Britannorum loquens, hæc addit: Meritò igitur statim atque ad littus illud exoptatus olim vindex & liberator appuleras, obuius sese maiestati tuæ triumphus effudit, exultantesque gaudio Britanni cum coniugibus ac liberis se obtulerunt; non te ipsum modò, quem vt cælo delapsum intuebantur, sed etiam nauis illius quæ tuum numen aduexerat, vela remigiaque venerantes, paratiq. te ingredientem stratis sentire corporibus. Nec mirum, si tanto gaudio ferebantur post tot annorū miserrimam captiuitatem, post violatas coniuges, post liberorum turpe seruitium, tandem liberi tandemque Romani, tandem vera imperij luce recreati. Atque hæc quidem Maximiniani laudator de Britannia à Francis subiugata: quam cum dicat multos annos seruitute pressam fuisse, probabile fit vel Gallieno imperante, vel mox inde fuisse occupatam. Videre licet in his Panegyrici verbis, quantum cœperint iam tum Franci terrorem Romanorum prouinciis incutere, quamq. totum orbem nominis sui claritate perstringere. Nec facillè crediderim, eò maritimæ potentia intra paucos annos progressos, vt omnia maria explorata haberent, vt habuisse sub Probo videntur; sed hoc ex iis quæ referuntur colligo, simulatq. Bructeros imperio sedibusque expulissent, statim de Oceano cogitasse, atque eo auidius agros ad mare ripamque Rhēni militibus Romanis referuatos sibi vindicauisse.

*Franci quam  
partem Gal-  
lia primū  
inuasērunt.*

VERVM nunc satis de Britannia: videamus hinc quam Gallia partē primū inuasērunt, vt & ex eo perspicuum fiat, veras à nobis ipsorum sedes in Germania cōmonstratas esse. Id rursus idem Panegyricus ostendit, dum & terras à Scaldi irrigatas, & insulam Rhēni brachiis cōprehensam à Francis occupatas fuisse dicit. Quamquam, inquit, illa regio diuinis expeditionibus tuis Cæsar vindicata atque purgata quam obliquis meatibus Scaldis interfluit, quamque diuortio sui Rhēnus amplectitur, panē, vt cum verbis periculo loquar, terra non est; ita penitus aquis imbuta permaduit, vt non solū quā manifestè palustris est cedat adnixum, & hauriat pressa vestigium; sed etiam vbi paullo videtur firmior, pedum pulsu tentata quatitur, & sentire se procul mota pondus testetur: ita, vt res est, subiacentibus ionat & suspensa latè vacillat, vt meritò quis duxerit exercendum fuisse tali solo militem ad nauale certamen. Sed neque illæ fraudes locorum, nec quæ plura inerant perfugia siluarum barbaros te gere potuerunt, quò minus ditioni tuæ diuinitatis omnes sese dedere cogerentur.

His

His verbis Panegyrista satis ostendit, Bataviam principio ac deinde Brabantia & Flan-  
 driæ proximas partes à Francis fuisse tentatas atque subiectas: è quibus quamvis à  
 Maximiano pulsi dicantur, non sic tamen pulsi sunt, ut non rursus eadem arua tem-  
 pore Constantij occuparint, & rursus fuerint eiiciendi. Qua de re Panegyricus Con-  
 stantino dictus sic habet, de Constantio patre verba faciens: Purgavit ille Bataviam ad-  
 uena hoste depulso. Porrò neque Constantius ita Francos depulit, ut non mox Con-  
 stantinus quoque eius filius occasionem nancisceretur magnæ crudelitatis contra hanc  
 gentem edendæ. Duos reges ipsorum captos bestiis obiecit, quod infame mortis genus  
 Eutropius expressit. Panegyristæ supplicium quidem vltimum de ipsis sumptum pro-  
 diderunt, sed quale id fuerit non explicarunt. vnus, ommissis ceteris, verba adscribam:  
 Affecisti, inquit, pœna temeritatis reges ipsos Franciæ, qui per absentiam patris tui  
 pacem violauerant; non dubitasti vltimis punire cruciatibus, nihil veritus gentis il-  
 lius odia & inexpiabiles iras. Cur enim vllam reputet iustæ seueritatis offensam Imp.  
 qui quod fecit tueri potest, tua clementia est quæ parcit inimicis, & sibi magis prospici-  
 cit quàm ignoscit. Te verò Constantine quantumlibet oderint hostes, dum perhor-  
 rescant. Hæc est enim vera virtus, ut non ament, & quiescant. Cautior licet sit qui de-  
 uinctos habet per veniam perduelles, fortior tamen est qui calcat iratos. Renouasti  
 Imp. veterem illam Romani Imperij fiduciam, quæ de captis hostium ducibus vindi-  
 ctam morte sumebat. Tunc enim captiui reges cum à portis vsque ad forum trium-  
 phantium currus honestassent, simulatque in Capitolium currum flectere cœperat  
 Imp. abrepti in carcerem necabantur. Vnus Perseus, ipso Paulo qui se dedentem ce-  
 perat deprecante, legem illius seueritatis euasit; ceteri in vinculis luce priuati aliis re-  
 gibus dedere documentum, ut mallet amicitiam colere Romanorum, quàm exaspere-  
 rare iustitiam. Adeò & hoc boni confert pœna hostibus irrogata, ut non solum inimici  
 ferocire non audeant, sed etiam amici impensius reuereantur. Inde est igitur Imp.  
 pax ista qua fruimur. Neque enim Rheni iam gurgitibus, sed nominis tui terrore mu-  
 nimur, quamlibet ille aut areseat æstu, aut resadat gelu; neutro hostis audebit vi-  
 vado. Nihil enim tam insuperabili vallo natura præclusit, quod non penetret auda-  
 cia, cui aliqua conandi spes relinquatur. Ille est inexpugnabilis murus quem exstruit  
 fama virtuti. Sciunt posse Franci transire Rhenum, quos ad necem suam libenter  
 admittas: sed nec victoriam possunt sperare, nec veniam. Quid ipsos maneat ex re-  
 gum suorum cruciatibus metuantur: ideoque tantum abest ut amnis illius transitum  
 moliantur, magis ut cœmpta potestate desperent. Vbi nunc est illa ferocia? vbi sem-  
 per infida mobilitas? Iam ne procul quidem Rhenum audetis accolere, & vix securi  
 flumina interiora petitis. Contrà hinc per interualla disposita magis ornant limitem  
 castella quàm protegunt. Arat illam terribilem aliquando ripam inermis agricola:  
 toto nostri greges flumine bicorni auersantur. Hæc est tua, Constantine, de Ascarici  
 nece Gaisique supplicio quotidiana atque æterna victoria, omnibus quondam secun-  
 dis præliis anteposenda: semel acie viacitur, sine fine documento. Cladem suam,  
 quamvis multi pereant, vulgus ignorat: compendium est devincendorum hostium,  
 duces sustulisse. Hæc ille; in quibus nonnulla correximus, ut manifestum erit conferenti.  
 Beatus Rhenanus Regaisum legit, ego Gaisi nomen retinui, quod pro Geiso, frequenti  
 nobis voce, scriptum à Romanis existimo. Est autem Geis / obsidem vel accipere vel  
 dare. vnde Geisel & Geiseler, obses; & Geisbert, is qui dignus est ut sit obses, quem de-  
 cisa syllabâ posteriore Geis vocamus; à quo an Gaisus deducatur, aliorum arbitrio per-  
 mitto. An Ascaricum è Star-rige / quo cateruarum diues notatur, Latini fecerint; an  
 verò Hast-sar-rige fuerit nominatus, & mollius Ascaric / quod est ciò cateruarum  
 diues, equidem ignoro: nec mirum in tanta priorum nominum corruptela nihil  
 certi statui posse. Primi sanè hi sunt Francorum reges quorum nomina apud fidos  
 historiæ scriptores extant, fortassis etiam in occultis mansura, nisi insigni Constantini  
 fauicia innotuissent.

Batavia pri-  
 mum & Brá-  
 bantia Flan-  
 driæq; proxi-  
 ma à Francis  
 tentata atq;  
 subiecta.

Constantinus  
 Imper. duos  
 Francorum  
 reges bestiis  
 obiecit.

Ascaricus &  
 Gaisus Fran-  
 corum reges  
 à Constan-  
 tino affecti  
 supplicio.

Gaisi etymò.  
 Geis.

Geisel.  
 Geisbert.

Ascarici no-  
 menclatura  
 ratio.

Pharamundū  
 non fuisse pri-  
 mum Franco-  
 rum regem.

DIVERSOS Francorum reges citra nomina Panegyricus idem commemorat, ad  
 Constantij principatum eos referens: quamobrem vix audiendos puto qui Pharamun-  
 dum primum Francorū regem fuisse scribunt, eo decepti, quòd Sulpicius Seuerus Ge-  
 nebaldum, Marcomerem & Sunnonem duces vocet Francorum, non reges, in ea expe-

ditione qua multo post Galliam siue Germaniam secundam, Theodosio & Maximo de imperio certantibus, inuaserunt. Quasi verò & non alius tum temporis potuerit esse rex, qui hos emiserit; vel veritati aduersetur, si quis regem dum exercitum ducit, ab officio ducem appellet. Nostra nihil refert, reges ne fuerint an duces, qui tum clauum reip. Francorum tenebant: id saltem constat, ducis nomen, vti hodie vsurpatur, æquè ad Monarchiam atque regis pertinere, tametsi hoc quàm illud honorificentius & augustius habeatur. Verùm hæc quæstio aliis relinquatur, qui norunt quibus finibus dux à rege separetur, & quo limite vterque distet à Tyranno. Nobis satis est ostendisse, Constantij & Constantini magni tempore Francis reges de Romanorum testimonio fuisse, multo ante Pharamundi ætatem. Quid quòd præter Eutropium & Panegyristas Ammianus quoque Marcellinus regis Francorum apertam faciat mentionem, addito etiam Mallobaudis nomine, id què viuo adhuc Valente cum quæ de Genebaldo Marcomere & Sunnone Sulpicius, & ex eo Gregorius Turo-nensis Episcopus refert, non post Valentem modò à Goris cæsum, sed post Gratianum etiam apud Lugdunum interfectum accidisse scribantur, eo nimirum tempore quo Theodosius Maximi tyrannidem ibat deiectum. Quando igitur Francorum reges ab iis celebrantur qui multo ante Pharamundum litterarum laude floruerunt, magnæ negligentia accusandi sunt qui postea regnum ipsorum exordiuntur. Hac igitur dubitatione obiter profligata, à Constantini magni ætate ad inferiora pergamus, eo tamen prius adiecto, quod in Panegyrico est ad hunc eundem Imperatorem, Francos multos è sedibus suis palustribus, quas ad Rheni ostia tenebant, à Constantio domicilia agro-sque meliores quàm antra habuissent in Gallia accepisse. Nec verò eo primùm tempore in Galliam à Romanis sunt admissi, sed antè quoque ab ipso Maximiano, cum semel eieci essent, sunt Gallicis agris donati; quod Panegyrista ita expressit, vt Nerui-um & Treuerorum arua dicat à Francis postliminio restitutis excoli. Antea autem hæc loca ab ipsis occupata fuisse, non hoc tantùm testimonium conuincit, sed Eume-nius quoque Rhetor Gallia sub Diocletiano præfectum laudans sic ob oculos ponit, vt facillè quiuis inde intelligat, non agros modò à Francis vastatos & cultoribus nuda-tos fuisse, sed arces etiam omnes & opida euerfa, non secus atque si vndis fuissent hausta & absorpta. Coacti igitur sunt Romani vltro Francis arua quæ depopulati es-sent & in solitudinem tristem redegissent offerre, ne loca perpetuò vacua manerent & inculta, ad quæ conferenda non alius quisquam accedere auderet. Nam quòd vel historia vel panegyricorum scriptores ad Francorum referunt seruitutem, quasi coacti Romanorum agros colerent, & delectu militiam iuuarent, perridiculum ei videbitur qui sciat non aliam causam Gallia inuadendæ ipsis fuisse, quàm vt eius agros pos-siderent; & nihil prius aut potius semper Germanis fuisse, quàm rem domesticam ex-ternorum stipendiis augere. Alio nobis modo veritas eruenda, Romanos, animad-uersò non posse citra frumenti copiam Germaniam secundam teneri aduersus Fran-corum violentiam, rebus ita suis consuluisse, vt vltro Francis concederent quod ar-mis quærebant, tum quòd agri culti annonam laxarent, & Franci contra Francos sua tuerentur, & Romano militi & Gallia darent securitatem; tum quòd bellicosa iuuen-tute Romanorum copias viresque augerent. Interpretentur hæc utcumque volent Romani scriptores, & laudi dent suis imperatoribus; numquam tamen efficiant vt non ipsa veritas sese luculentissimis indiciis prodat.

Quamuis enim Constantinus terrore putauerit Francos hostes cohibendos, eo què duos ipsorum reges bestiis obiecerit insigni ferocis animi & crudelis argumento; ipse-met tamen atque eius filij aliter sibi agendum rati cum iis quos amicos sociosque ha-bèrent, Francorum plurimos non solum in militiam, sed in aulam etiam & palatium adsciuerunt, quorum nonnulli ad summos honores euecti legantur, quòd Francis amicis & beneficiorum insigniù vinculo sibi obstrictis aduersus Francos & ceteros hostes auxi-liaribus vterentur. Constantius enim Malarichū apud se habuit: quem, licet Marcelli-nus gentilium dumtaxat rectorem vocet, ego tamen regem fuisse ex iis quæ de Mal-lobaude successore scripsit colligo; quem regem fuisse Francorum, libro tricesimo pri-mo apertè profitetur. Francorum autem Constantij tempore in palatio multitudinem floruisse

*Constantius  
Francus in  
Gallia sedes  
attribuit.*

*Maximianus  
Gallicis agris  
donauit Fran-  
cos.*

*Malarichus  
Francorum  
rex.  
Mallobaudus  
Francus tri-  
bunus palatii.*

floruisse idem Ammianus testificatione sua confirmat, quo loco fœdas calumniarum insidias contra Siluanum natione Francum pedestris militiæ in Gallia rectorem stru-ctas describit. Eodem igitur tempore & pedestrem in Gallia exercitum Francus regebat, & armorum in palatio tribunatu Mallobaudes Francus nobilis habebatur, & Malarichus apud Imperatorem inter gentiles suos sceptrum tenebat. Siluanus hic Francus patrem habuerat Bonitium virum strenuum & claris fortis animi exemplis nobilissimum, cuius maximè auxilio Constantinus Licinium vicit, quod eo magis credendum, quod ab Ammiano prodatur, qui se tamen unum fuisse fatetur ex iis qui Constantij iussu Siluanum occidi curarunt. Nec minus Siluanum propria laude quàm parentis gloria celebravit, dicens eum à Barbaris Galliam fortissimè vindicasse; qua de re egregie eximieque gesta contra expectationem æmulorum, qui tanta mole oppressum iri speraverant, gravissimam invidiam incurrisse; hinc mox Dynamij, Lampadij, & Eusebij calumniis apud Constantium, id genus artibus facillimum captu, traductum oneratumque fuisse: tamen Malarichus absentis causam strenuè tueretur, seque offerret ad Silvanum coram Imperatore sistendum. Verùm sanis Malarichi consiliis reiectis, calumniatores indies magis atque magis apud Constantium instabant, quo frequentibus epistolis cognito, Silvanus suffragiis principum exercitus sui Agrippinæ ad imperij culmen adscendit, quo clam aliquot à Constantio destinati, & inter ceteros Ammianus Marcellinus, Braccatos & Cornutos copiarum Silvani partem magnis pecuniis & promissis currumpunt, quo ex inopinato ducem suum trucidarent. Inteficitur igitur Silvanus vir belli artibus clarissimis in ædícula Christianorum, quò irruentibus militibus confugerat. Quanti autem huius virtus inter Romanos æstimaretur, quamvis invidia, clarissimum quemque velut umbra perpetuè secutura, non declarasset; ipsius tamen Constantij, & omnium eorum qui in regia summi essent, metus illustri documento ostendit, dum nuncio purpuræ à Franco sumptæ omnes attoniti, haud secus atque si fulmine icti fuissent, redderentur. Profectò ita res erat, nisi fortissimum virum doli Græca Marcellini & sociorum arte constructi, & milites ad scelera venales improvisum & inermem oppressissent, egregium Romani habuissent Imperatorem, non illum quidem vel ambitione vel Constantij odio, sed necessitate calumniatorum ad summum fastigium proeductum. Fuit in huius exercitu tribunus quidam Francus, quem Laniogaisum Marcellinus appellat, aiens eum solùm Constanti morienti adfuisse, & Silvano dubitanti hærenti, qui salutem inueniret, præcipuum auctorem, ut animo confirmato id ageret quod præsens necessitas postularet. Hunc Sex. Aurelius Victor Gaisonem vocat, Constantem ab eo occisum asserens; cuius nominis monitu, Gaisum in Panegyrico paullo superius citato legendum censui, non Regaisum, ut Rhenanus corrigendum nomen existimavit. Equidem suspicor in Ammiano legendum Lango Gaisum, non Laniogaisum, ut sit Gaisus cognomento Longus. Nunc itaque constat, Francos non solum suos domi reges ante Pharamundum habuisse, verum etiam apud Romanos Imperatorem, brevis illum quidem regni, quod vicesimo octavo die violenta morte terminavit, sed talem tamen, ut ab ipsis etiam hostibus qui mortem eius procurarunt, laudetur. Præter belli laudem, quam eximiam in eo fuisse monstrari, celebratur & insigni aliarum virtutum præconio ab Aurelio Victore. Fuit, inquit, ingenio blandissimus, & quamquam barbaro patre genitus, tamen institutione Romana satis cultus & patiens. Perspicuum igitur quàm illustribus virtutum dotibus hic fuerit ornatus, quem Romani & Græci, barbarorum hostes infensissimi, coacti sunt egregiis laudibus efferre; quem si invidia vivere suisset, habuissent Franci quem Traiano & Antonino in Romano imperio rectè gubernando comparare potuissent. Videmus itaque quanta belli fortiumque factorum gloria cum sub Constantino Magno, tum sub filio Constantio Franci floruerint, quibusque maximè viribus Galliam defenderint Romani.

¶ P O R R ò Silvani virtutes non vita tantum, sed mors etiam ipsa demonstravit; postquam hinc Alemanni, hinc Franci, velut obice rupto, Rhenum transgressi totam Galliam concusserunt, & magnam eius partem occuparunt: unde mox perspicuum fuit, quantum in vno viro fuerit momentum rerum feliciter gerendarum, qua de re hæc sunt Marcellini verba: Constantium verò exagitabant assidui nuncij, deploratas iam Gallias indicantes; nullo renitente ad internecionem barbaris vastantibus uniuersa.

*Silvanus Francus Romanorum in Gallia pedestris militia rector.*

*Bonitius Francus, Silvani pater.*

*Marcellinus unus ex iis quibus Silvani cades commissa est.*

*Silvanus trucidatus.*

*Silvani Indes.*

*Laniogaisus, sine Lango-gaisus Francus.*

*Colonia Agrippina à Francis capta.*

*Rigodulum opidum. Iulianus cum Francis pacem facit & Agrippinam Coloniam recipit.*

*Franci Romanis militantes Galliam diu defenderunt.*

*Iulianus à Francis obsesus.*

*Castellum Francorum opidum Iulianus obsidione capit.*

Mox addit, Constantium hac rerum difficultate pressum fuisse, vt Iulianum tum ad huc in Græcia palliatum ad imperij societatem adscisceret; qui cum Taurinos peruenisset, nuntium tristissimum accepit, Coloniam nimirum Agrippinam ampli nominis urbem in secunda Germania pertinaci Barbarorum obsidione captam: quo audito sæpe dicitur murmurasse, nihil se plus adsecutum quam vt occupatio interiret. Qui autem hi Barbari fuerint, sequenti mox libro declarat, vbi commemorata prius victoria in superiore Germania, hæc subiungit verba: Nullo itaque posthac repugnante, ad recuperandam ire placuit Agrippinam, ante Cæsaris in Galliam aduentum excisam; per quos tractus nec ciuitas vlla visitur nec castellum, nisi quod apud Confluentes, locum ita cognominatum, vbi amnis Mosella confunditur, Rigodulum opidum est, & vna prope ipsam Coloniam turris. Igitur Agrippinam ingressus, non antè motus est exinde quam Francorum regibus furore mitescente perterritis, pacem Reip. firmaret interim profuturam, & urbem reciperet munitissimam: quibus vincendi primitiis lætus, per Treueros hiematurus apud Senonas opidum tunc opportunum abcessit; vbi bellorum inundantium molem humeris suis, quod dicitur, vehens, scindebatur in multiples curas; vt milites, qui à solitis desciuere præsidis, reducerentur ad loca suspecta, & conspiratas gentes in noxam Romani nominis disiectaret, ac præuideret ne alimenta deessent exercitui per varia discursuro. Hæc sollicitè perpensantem hostilis aggreditur multitudo, opidi capiundi spe in maius accensa; ideo confidentes quod nec leucarios adesse prodentibus perfugis didicerat, nec Gentiles per municipia distributos, vt commodius vescerentur. Hæc ille: in quibus per Gentiles eos intelligit qui cum Francis, opidum expugnare contendebant, eiusdem gentis essent; tametsi Romanorum stipendiis militarent: quo loco rursus cernas, præcipuum Gallie custodiendæ præsidium penes Francos tum fuisse; vt hinc liceat existimare, solis Germanorum viribus Germanos superari viciq; posse. Iam & illud hic iterum annotes, Francorum tunc reges fuisse qui Galliam infestabant; quod magis mireris eos qui quæstionem de Francorum regum antiquitate aggressi, nullos ante Pharamundum inuenire potuerunt. nec hoc tantum, sed & illud annotes, per Francorum Reges Romanis confederatos & militantes Galliam diu fuisse defensam. vnde fit vt monstri simile videatur, Francorum res tam magna mox inde incrementa cepisse, cum discordia non augeri & prouehi res soleant, sed contra retrò ferri atque collabi. Verùm nec concordia tanta vlla est & animorum vnio, vt regna vel constituere possit vel conseruare; nec rursus tanta discordia, vt imperia queat euertere; nisi Deus suam adiungat voluntatem, in qua sola fundamentum est omnium regnorum & rerum publicarum. Cum itaque Franci exploratum haberent, & scutarios abesse & gentiles suos per municipia distributos, vt largius lautiusq; se tractandi copiam haberent, Iulianum ausi sunt obsidere: verùm ingens Cæsaris diligentia, & peruiq; cura, & maior quam ducem deceret audacia spem ipsorum fefellit: qua deiecti, post tricesimum diem obsidionem soluerunt. Cæsare per æstatem sequentem contra Allemannos occupato, Franci rursus populabundi per Galliam discurrerunt, quod Ammianus ad hunc modum exposuit: Remos Seuerus Magister equitum per Agrippinam petens & Iuliacum, Francorum validissimos cuneos mille sexcentis velitibus, vt postea claruit, vacua præsidis loca vastantes offendit: hac opportunitate in scelus audaciam erigente, quod Cæsare in Allemannorum secessibus occupato, nulloq; vetante expleri se posse prædarum opimitate sunt arbitrati: sed metu iam reuersi exercitus, munimentis duobus, quæ olim exinanita sunt, occupatis, se quoad fieri poterat tuebantur. Hac Iulianus rei nouitate percussus, & coniciens quorsum erumperet, si iisdem transisset intactis, retento milite circum vallare disposuit Castellum opidum, quod Mosa fluuius præterlambit, & adusque quartum & quinquagesimum diem, Decembri scilicet & Ianuario mensè, obsidionales tractæ sunt moræ, destinatis Barbarorum animis incredibili pertinacia reluctans. Tunc pertimiscens solertissimus Cæsar ne obseruata nocte illum Barbari gelu vinctum amnem peruaderent, quotidie à Sole in vesperam flexo ad vsque lucis principium lusoriis nauibus discurrentes flumen vitro citroq; milites ordinauit, vt crustis pruinarum diffractis, nullus ad erumpendi copiam facile perueniret: hocq; commento inedia & vigiliis & desperatione postrema lassati, sponte se propria dederunt; statimq; ad comitatum Augulli sunt missi: ad quos eximendos

mendos periculo multitudo Francorum egressa cum captos cōperisset & asportatos, nihil amplius ausa, repedauit ad sua castra. hisque perfectis, acturus hiemem reuertit Parisios Cæsar. In his Ammiani verbis, mille sexcentos legit Rhenanus; tametsi exemplaria typis excusa habeant, In sexcentis, phrasi alibi etiam à Marcellino vsurpata. Castellum autem opidum *Kessel* / ni fallor, modò vocatur, qui pagus est in sinistra Mosæ ripa à Venlo paullo plus minus duobus miliaribus distans, in Toxandriam, cuius pars est, rectissimum iter præbens. Iuliano interim Parisiis hibernante, Franci securi Toxandriam, quam habitandam sibi multo antè destinauerant, rursus inuadunt: verùm maximo suo malo, vt de Marcellini verbis docebo. Quibus paratis, inquit is de Iuliano Parisios egresso loquens, petit primos omnium Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellauit, ausos olim in Romano solo apud Toxandriam locum habitacula sibi figere prælicenter. Cui cum Thungros venisset, occurrit legatio prædictorum, opinantium reperiti Imperatorem etiam tum in hibernis, pacem sub hac lege prætendens, vt quiescentes eos tamquam in suis nec lacefferet quisquam, nec vexaret. Hos legatos negotio plenè digesto, oppositaque conditionum perplexitate, vt in iisdem tractibus moraturus, dum redeunt muneratos absoluit; dictoque citius secutus profectos, Seuero duce misso per ripam, subito cunctos aggressus, tamquã fluminis turbo, perculsit; iamque precantes potius quàm resistentes in opportunam clementiæ partem effectu victoria flexo, dedentes se cum opibus liberisque suscepit. Chamauos itidem ausos similia adortus, eadem celeritate partim cecidit, partim acriter repugnantes, viuosque captos compellit in vincula; alios præcipiti fuga trepidantes ad sua, ne militem spatio longo defatigaret, abire interim permisit innocuos: quorum legatis paullo postea missis precatum consultumque rebus suis, humi prostratis sub obtutibus eius pacem hoc tribuit pacto, vt ad sua redirent incolumes. Cunctis igitur ex voto currentibus, studio peruigili properans modis omnibus vtilitatem fundare, prouinciarum munimenta tria recta serie superciliis imposita fluminis Mosæ, subuersa dudum obstinatione barbarica, reparare pro tempore cogitabat, & ilicò sunt instaurata procinctu paullisper omisso.

*Castellū opidum Kessel nunc vicus.*

*Salij Franci.*

*Iulianus Francos Salios dedentes se suscipit.*

*Chamaui à Iuliano domiti, & pacem petere coacti.*

*Allemani à Iuliano fugati.*

*Traiani castrū, Castel.*

*Suomarij regnum. Hortarij regnum.*

HÆC Marcellini verba non otiosè nobis sunt expendenda, propterea quòd solidum veritatis, aduersum eos qui de Francorum rebus posterius scripserunt, defendendæ struant fundamentum. Plerique enim Francos à Sala fluuio in Mœnum sese exonerante Salios nominatos scribunt, & inter eos doctrinæ nomine facillè princeps Beatus Rhenanus, citra omnem Scepticorum epochen, non aliunde Salios dici tradit. Quamobrem accuratius considerandum, quousque Francorum fines eo tempore quo hæc à Saliiis Marcellinus tentata prodit, pertinuerint; quod ex eodem discere licebit, si quæ de Allemannis à Iuliano ultra Rhenum domitis scripsit, audiantur. Ait enim, Cæsarem post insignem contra Allemanos apud Argentoratum victoriam Moguntiacum petiisse, præda captiuisque Mediomatricos prius ad seruandum missis, ibique ponte compacto Rhenum transiisse, vt Allemanos in suis ipsorum sedibus inuaderet & affligeret, paria facturum eorum quæ in Gallia perpetrassent. Barbaros autè viribus suis non fidentes, trans Mœnum fuga se surripuisse: interea nemine Romanis resistente, munimentum à Troiano in Allemanorum solo erectum, & ab Allemanis destructum, Iulianum reparasse. Quam clariorem significationem dare Marcellinus potuisset, ad Allemanorum sedes ostendendas; cum è Moguntiacum transitu ad illos designet, & è regione Traiani castrum demonstret. Est hæc locus Castel nomine in opposita ripa, ab illo haud dubiè nomen retinens; quod Iulianus, cum ab hostibus, in quorum terra structum erat, fuisset euersum, renouauit: quamquam haud inscius sum, Beatum Rhenanum longè aliter sententiam dixisse, è Cronbergo Tronbergum, quasi Traianobergum, commentum: quem manifestum erroris facit Ammianus, hoc mihi dans aduersus eum testimonium, Romanos nõ ultra decimum lapidem à Rheno progressos, retrò gradum vertisse, eo quòd ignota siluarum latibula & instantis hiemis iniurias timerent: atque ea ratione ad Traiani castrum venisse, quod longè abest vt Cronbergo possit applicari, si interualli & itineris ratio conferatur. Videtur autem Allemanniæ ea pars quæ Moguntiacum contra spectat, Suomarij fuisse, atque inde trans Mœnum Hortarij regnum, atque inde sursum diuersos Allemanorum reges Rheno propinqua loca ad ripam vsque Rauracis oppositam tenuisse. Circa autem Palatinatum hodie dictum terminales



*Burgundionū & Alemanorum termini, Capellatium, Palas.* lapides erant Alemanorum & Burgundiorum, ea regione quæ tunc Capellatij vel Palas nominabatur; quod Marcellinus libro decimo octavo, de Iuliani in Alemaniā transitu loquens, his verbis exponit: Statimque difficultate omni depulsa, ponte con-  
*Neccarus, Nicarus.* strato, sollicitarum gentium opinione prauenta, visus in Barbarico miles per Hortarij regna transibat intacta; Vbi verò terras infestorum etiam tum tetigit regum, vrens omnia rapiensque per medium rebellium solū grassabatur intrepidus: Postque sepimenta fragilium penatum, & obruncatam hominum multitudinem, visosque cadentes multos, aliosque supplicantes: cum ventum fuisset ad regionem cui Capellatij vel Palas nomen est, vbi Terminales lapides Alemanorum & Burgundorum confinia distinguebant, castra sunt posita. Hæc aliaque apud eundem scriptorem lecta fati-  
*Palas vocis etymon. Pal. Lant. Capellatij nominis ratio.* declarant, quæ gens inter Mœnum & Palatinum ad Rhenum habitavit, quæ item inter Neccarum, quem nonnumquam Nicarus vocant, & Mœnum Germaniæ interiora id temporis possederit: Nomina certè Palas & Capellatium Theutonici sermonis peritis aperiunt, ea parte terminos fuisse constitutos, & ad eos illa fieri solere quæ in hostilium gentium confinibus magno transeuntium periculo plerumque semper contingere scimus. Bene à Marcellino annotatum, hac in regione Terminales lapides fuisse, quando *Pal-lant/* vnde Latini Palas fecerunt, hoc ipsum Germanis significet. *Pal* enim pro limite quouis vsurpamus, maximè pro lapide in terram de pacto ad agrorum terminos indicandos. *Lant* autem regionem esse in eadem lingua æquè cognitum, ita vt *Pal-lant* regio sit in quo Terminales lapides sunt defixi. Capellatium alterius rei dat significationem quæ limitaneis regionibus non rarè solet adesse, vox facta ex eodem sermone in quo *Cappe-lat/* idem est quod, penulæ desertio, si vocabulum hoc Latinus admittat, vel superioris vestis deliquium, siue penulam relinque: Frequenter enim regionum fines grassatoribus infestantur, eo quòd inde vel huc vel illuc, pro eo ac scelus in alteram ditionem designarunt, confugere promptum sit. Sunt & hodie in Germania loca quæ similiter atrociniis obnoxia similes sunt sortita nomenclaturas, nec mirum inter Alemanos & Burgundos iter tutum non fuisse, cum vtraque gens Germana esset, nec aliena sapere, modò extra fines id fieret, quod ad confinia est facillimum, in turpibus haberet. Quamobrem non malè conueniunt Palas & Capellatium, quod Rhenanus non videtur animaduertisse, propterea quòd vocabula hæc Germanica apud Sueuos & huius ætatis Alemanos sint obsoleta, licet nobis sint in primis vsitata. An verò Palatinatus inde nomen acceperit, vti Rhenanus statuit, mihi necdum liquet; quòd si acceperit, integra dictione Germanica *Palants graf* diceretur, à qua *Palas* fieret, concisione non infrequenti; ad quam quidem interpretationem non puto discessuros, quibus magis adlubescit, si comes Palatij dicatur. Ex eadem tamen origine & Palatium & *Pal* nascitur, à *De Pal* videlicet, siue per tenuem, *De Pal*; quod est, conseruo; quia limes siue terminus agrorum fines conseruat. Palatium item olim *Pallant/* quasi *De-hal-lant/* dicebatur: vnde nobile Pallantæum apud Romanos remansit. Principis enim & summi magistratus domus siue curia omnes suas cogitationes, omnia dicta, omnia acta eò referre debet, quòd salus regionis conseruetur, in quibus & Terminus est omnium eorum, quæ vel publicè vel priuatim cuique sunt agenda, ita meritò optimaque de causa Pallantæum, vnde Palatium lenitatis gratia factum, vocetur. Atque hæc obiter de *Pal* voce Cimbrica matrice vocabuli Romani, ex occasione lapidum terminalium, qui Palant nomine intelliguntur. Non diffiteor eosdem etiam Marcas vocari in eodem sermone; sed maior vis est significationis in conseruando quàm in considerando, quorum illud *Pal/* hoc *Mart* intelligenti notat; eoque factum, vt quamuis vtrumque nostratibus cognitum sit, illo tamen malint pro termino quàm hoc vti; vtpote quo moneamur id genus lapides minimè conuellendos, sed vt ipsi fines conseruant, ita summa religione eodem in loco, eodem in statu, eademque firmitate perpetuò conseruandos. Quemadmodum porrò ex eisdem natalibus palatij nomen deriuatur, ita similiter magistratum, principem, eiusque comites hortatur, ne legum, morum, consuetudinisque Termini moveantur: quorum firmitate Reip. salus continetur. Sed iam ad tres capellas Martialis vocat. Constat modò Burgundos inter Neccarum & Mœnum Alemanis ad Rhenum habitantibus finitimos fuisse: quousque verò interius sedes extenderint, de numero gentis existimandum:

dum: quæ tanta fuit, ut & Gotis diutiffimè refifterint, & ab iis tandem patrio folo eiekti contra Alemanos ita res gelferint, ut domicilium fibi in eorum terra fixerint. Erant autem Burgundi olim vltimi Germanorum, gente Vandali, ad Viftulæ vltorio-  
 rem ripam, ab eo nomen fortiti, quod ferè omnes fuos pagos & vicos contra Go-  
 thos; qui tum totam Poloniam, Walachiam, Transiluaniam, Podoliam, & finitima  
 loca tenebant; arcibus munire cogentur. Nam *Burg-woinder*, vnde Burgundus,  
 cum notat qui castrum fiue arcem habitat; qua de re, quamuis caftellis fuo depulfi &  
 priſcis fedibus exacti eſſent, nomen tamen antiquum ad hunc vſque diem retinue-  
 runt, ab aliis longè caſtellis id adepti quàm Oroſius & pedanei eius arbitrentur. Aga-  
 thias dum Burguziones vocat, indicat Burguzios etiam fuiſſe vocatos, id eſt, caſtella  
 pro domibus habentes. Sed de his alibi. Quando pulſi à Getis ſiue Gotis fuerunt,  
 Mamertinus in Panegyrico ad Maximianum clarum dat ſignificationem: Goti, in-  
 quit, Burgundios penitus excidunt. Rurſum pro victis armantur Alamani, & mox Bur-  
 gundiones Alamanorum agros occupauere, ſed ſua quoque clade quæſitas in Ala-  
 mania terras amiſere, ſed repetunt. Hæc verba cum Marcellini relatu comparata,  
 demonſtrant, Diocletiani tempore terris ſuis Burgundiones pulſos fuiſſe; & dum  
 Alemanni ſeriùs arma pro iſtis ſumunt, contra eos iſtos quos iuuare debuiffent, con-  
 uertere coguntur, quo ſua tueantur; quo in certamine dum variè pugnatur, tandem  
 id conuenit, ut Burgundiis agri darentur certis limitibus incluſi, non illi quidem  
 Rheno contigui, ſed exiguo interuallo inde diſtantes. Cùm igitur validiſſima gens  
 fuerit, & Alemanis non impar; conſentaneum eſt rationi, eam longiſſimè à Rheno  
 Germaniæ intima tenuiſſe; quod & ipſe itineris ductus demonſtrat. A Viſtula enim,  
 vltra quem à Ptolemæo collocantur, per vetera Marcomannorum loca ad Bohemicos  
 falus pulſi fugatiq; videntur, atque inde ad fontes Sala & Mœni perueniſſe: vnde  
 ſecundùm Mœnum loca Alamanorum ferè ad ipſum vſque Rhenum occuparint.  
 Hinc liquet, totam panè Franconiam, & fortaiſſe magnam partem Wirtenbergendiſi di-  
 tionis ad vallem vſque Ioachimicam & Bohemorum ſiluas ab iſtis fuiſſe in poteſta-  
 tem redactam. Scimus de plurimis exemplis, auſpicata nomina in primis placuiſſe,  
 & inter ea maximè quibus non bonum modò omen, ſed ſtadium etiam aliquod gen-  
 tis ſingulare contineretur; quo in genere, ſi vllum aliud, hoc certè, de quo quæritur,  
 vnum eſſe de primariis oſtendam. Quapropter non video à quo Sala flumine Salij  
 vocati dicantur, quod illis accuratè annotandum diſtinguendumq; fuiſſet, qui ci-  
 tra dubitationem aſſerunt Salios à Sala dici. Non equidem ſatis memini an apud  
 Rhenanum, an apud alium legerim, at legiſſe memini, ex eodem monte Mœnum  
 & Salam effluere; hunc quidem in Septentrionem, illum verſus Zephyrum: de  
 quo Sala ſi nomen à Francis ducant, ingentibus terrarum cæliq; ſpatiis aberrant.  
 Scio Paullum Æmilium in viſa Caroli Magni ſic eorum ſententiam accepiffe, ut à  
 Sala in Albim ſe exonerante Salios dictos exiſtinet, quem Lazius in gentium migra-  
 tionibus videtur ſecutus, dum Francos à Friſiis ad Thuringiæ fines Salamq; deducit;  
 quandoquidem hic annis per Thuringorum ſiluas in Saxoniam fertur. Hos, & ſi  
 qui alij idem ſenſerunt, longè credo ab eius opinione reſceſſiſſe qui primus Saliorum  
 nomen, quiſquis tandem is fuerit, à Sala deriuauit. Ignorarunt nimirum, aut ſaltem  
 ignoraffe videntur, alterum in Germania Salam eſſe, qui non exiguo tractu Franco-  
 niam perlapſus, annibus etiam aliquot priùs auctus, Mœno ſeſe miſcet inter Wirt-  
 burgum & Tuberis oſtium ad Vrfas ſeſe magno ſinu ſelectenti, ut hoſpiti fluuio exci-  
 piendo latus occurrat. Quamobrem ſi Salij à Sala nomen fortiti eſſent, ab hoc;  
 non ab altero è ſaltu Bohemico in Thuringicum delapſo veri multo ſimiliùs voca-  
 ti dicerentur. Verùm cùm oſtenderit Ammianus Burgundos id temporis interiora  
 hæc Germaniæ loca tenuiſſe, additumq; ſit à me Mamertini teſtimonium, quo per-  
 ſpicuū ſit, Alemanos non Francos vetuſta poſſeſſione ab iſtis depulſos fuiſſe, non video  
 qui veritati conſonare poſſit, eos Francos qui iam tum Salij vocabantur & Taxandriam  
 è locis ſuis inuaſiſſe & occupaffe ſcribuntur, à Sala nomen accepiffe. Docendum fuiſſet  
 iſis qui ſic ſenſerunt, Francos ante Alemanniæ hanc partem quàm Burgundos occupaffe:  
 quod quàm procul abſit ab eorū omnium conſenſu quos hætenus ex antiquorū claſſe  
 teſtes denunciaui, ſi quis non animaduertit, cum eo fruſtra plura verba commutem,  
 & eſt

*Burgundi qui  
& vnde au-  
di.*

*Burguziones.*

*Goti Burgun-  
diones ſuis ſe-  
dibus pellunt.*

*Burgundiones  
à Gotis pulſi  
qua loca oc-  
cuparint.*

*Salam &  
Mœnum ex  
eodem fonte  
fluera.*

*Sala aliud.*

*Salios à Sala  
fluuio Francos  
non eſſe no-  
minatos.*

Bucinobantes.  
Fraomarixs.

Franci cur  
Allemaniam  
subingarim.

Sal.  
Sal.

Salt.  
Hal.

Sal/ero.

Sal/aula.

Saluen.  
Sals.

& est alioquin clarum ex Ammiani libro vicefimo feptimo, Burgundos sub Valentiniano eisdem adhuc locis confedisse, quos contra Alamanos Cæsar excitat; tantum abest, vt Franci Alamanis hac parte confines essent. Quid, quod idem libro decimo nono refert, è regione Maguntiaci Bucinobantes gentem Alamanam habitasse, cui Valentinianus Fraomarium regem dedisse narratur, & eundem paullo pòst in Britanniam amandasse; vt tribunus ibi esset Alamanorum, quorum magnæ erant in ea insula copix Romano salario aduersus Barbarorum incursiones euocata? Nulla tunc illis locis erat Franconia, imò ne somniabant quidem adhuc Franci sese illa Germanix penetralia vel inuasuros vel occupaturos vllò seculorum; quando clara veterum testificatione demonstratum sit, non aliud illis tum in votis fuisse, quàm vt Gallix parte potirentur. Hanc continuò vexabant, in hanc excurrabant, huius secundo solo aratra parabant, huius clementiori calo inhiabant, ad hanc possidendam totis & animis & viribus rapiebantur. Multo pòst de Alamania cogitatum, quam imperij potiùs dilatandi & Gallix tutò retinendæ quàm fertilium agrorum cupidine subiugarunt, vt mox latius docebo. Et temporum rationem omnem, & gentium vetustas sedes, & earum intervalla turpiter confuderunt, totamque Francorum perturbarunt antiquitatem, ne dicam sustulerunt, qui vel à Sala in Albim, vel à Sala in Mœnum delapso Saliorum nomen deriuant: cuius originem in aliis locis quæri oportuit, in quibus cum sic primùm vocarentur habitasse scribuntur. Reiecta igitur hac sententia, vt absurda, vt idoneis veterum testimoniis contraria, alia ratio quærenda, quæ prisca fidei scriptis non aduersetur, sed potiùs ex iis oriatur. Erit quidem hac in re coniecturis dumtaxat agendum, vt in ceteris omnibus de quibus nihil sani proditum habemus, at illis quæ prisca gentis & institutis & sedibus & moribus & ceteris quæ inde sequuntur consentiant, aptaque videantur. Primùm ergo considerare oportet, quid Sal/ quid Salt/ quid Saltic notet; quò ductu signorum ad veritatem pateat accessus. Sal vocali breui idem est quod Latinorum Sal, quod hi à nostratibus, non hi ab illis, petiuerunt; quandoquidem apud nos, non apud illos, recta nominis ratio inuenitur. Sal enim dicitur vel simplice adspiratione in sibilum mutata, vt sit ex Hal Sal/ vel compositione ex So & Hal/ quasi Sohal; & elisa vocali priore, Sal. Hal autem vox matrix significat idem quod conferuo, apud prisca ad salem notandum in vsu: quod Hal Saxfonum opidum, & Hal ad Oenum declarant. Vt enim alibi docui, minimè audiendi qui ad Græcos fontes hanc opidorum nomenclaturam deducunt, qui tantùm à veritate absunt, vt contra Græci à lingua nostra nomen suum quo Salem ἄλα vocant, sint mutuati: quod ex Platonico axiomate quitiis promptè colligat, qui vtriusque modò sermonis sit peritus: Nomen, nempe, duabus pluribus/ue linguis commune in ea lingua natales suos habuisse in qua recta eius ratio inuenitur. Nam quis est tam insulsus, vt nesciat salis eum primarium mortalibus vsu esse, vt res per se corruptu faciles conseruet? quæ ratio cum vernaculo nostratum, non Græcorum aut Latinorum aut alterius gentis sermone debeat, num vltra dubitari potest, cuius hæc vox ab origine prima sit dicenda? Verùm quia varia sunt conseruandi genera, ad varios etiam vsus vocabulum hoc nostrates accommodarunt, ad distinctionem interim exigua facta mutatione. Vt enim antiquissimi Hal pro sale dixerunt, ita recentiores certa ratione moti, Salt eandem rem nominarunt; quò nimirum Hal maneret in significatione eius ædificij in quo diuersæ merces ab omni iniuria seruantur. Deinde quia Sal verbum etiam esset pro eo quod Latini dicunt, Ero, quia necesse est ea conseruari quæ erunt, ambiguitatis vitandæ causâ Salt/ non Sal pro Sale dicimus. Et in his quidem vocalis breui tempore pronuntiat. At quò plura ex eodem fonte vocabula deriuentur, eandem vocalem in alia voce producimus, vt Sal pro aula dicitur; qua laxissima pars domus intelligitur, quòd ea plurimos homines à cæli iniuriis feruet. Iam quemadmodum Pallantæum à Pe-hal-iant dicitur, quo regionis conseruatio denotatur; ita apud quosdam Sal etiam pro principis domo vsurpatur, eo quòd hæc tota comparata esse debeat ad subditorum conseruationem & salutem. Quid; quòd & ipsa Latinorum Salus ex eadem surpe ducit ortum? Nam quid aliud Salus est quàm conseruatio? Hinc & Saluo & Saluo, quorum hoc salutem habere, illud dare notat. Nobis Saluen peculiari quadam notatione ponitur pro vnguento aut oleo curare, & Sals pro vnguento, propterea quòd sicut Sal carnes mortuas, ita vnguenta viuas confet.

conferuent. Siue ergo totam Principis aut magistratus domum, siue eam ipsius partem in qua ius populo dicitur, *Saal* vocemus, id saltem constat, à conseruatione reip. nomen tributum fuisse, & tempus in eo produci quod in *Sal* pro condimento corripitur; quò confestim eo audito intelligatur longum tempus populi saluti principes & ceteros magistratus impendere debere. Id vtinam satrapæ quidam cogitarent, qui tempori perdendo, vt dicunt, & verè dicunt, quasuis occasiones quærunt, ea vna excepta, quam solam tenere oportebat. Potant, scortantur, aleam ludunt, Primaleones & Amadisios leccitant: quiduis potiùs faciunt, quàm vt se publicis curis dedant, & dum dedunt non id agunt, vt populum seruent; sed vt exhauriant. Horum domum num rectè *Saal* vocabo? Minimè gentium, si nominis sequar rationem. Nec regis nec cuiusuis alterius principis domus hanc nomenclaturam meretur, nisi populi salus in ea consistat. A *Saal* Saalich. pro conseruatione fit *Saalich* pro eo qui conseruatus est, & eo quod conseruat: ita vt id quod beat, & is qui beatus est eadem voce nominetur. Vtinam quotquot in aula versantur & ipsi beati essent & alios bearent, vt aula tandem verè *Saal* diceretur, & aulicus non sibi tantùm, sed aliis etiam omnibus *Saalich* esset, id est, salutem adferret. Ab eadem ergo radice *Saal* & *Pallantæum*, vnde *Palatium* factum, pullulauit: cum extra controuersiam sit, *Sal* ab *Hal*/quod est conseruo, & inde *Saal* deriuari, & ab *Hal* item fieri *Behal* siue *Behal*/ & inde componi *Behal-lant*/ & mox *Pallant* pro regionis conseruatione. Nec aliunde *Pallas* vrbium custos & tutelaris omnium ciuitatum dea nomen duxit. Sed hæc alibi opportuniùs. Ceterùm *Sal* vocali longa nullo discrimine pronuntiationis pro alia etiam re vsurpatur, pro sella nimirum equestri, quam duabus syllabis *Sadel* vocamus, à *Sat*/quod est sedebat. Posset quidem in scribendo *Sael* pro sella, & *Sadel* *Saal* pro aula poni; sed tam exiguum in proferendo discrimen sentitur, vt eadem vox esse videatur. *Sal* præterea vt verbum vsurpatur producto item tempore, pro eo quod communiùs, adiecto augmento syllabico, *Se-fal*/ & Latine persoluo debitum, interpretamur, qualecumque tandem debitum sit, & qualiscumque eius solutio. Nunc igitur ad *Saliorum* nomen. Non vna sanè ratione Francis id placuisse credo, sed multiplici; & in primis quidem quoniam post varios casus & plurima suorum totiusque gentis discrimina tranquillum domicilium sibi acquisuerunt, non par modò priori è quo pulsi fuerant à *Chaucis*, sed illo etiam longè beatius, propterea quòd vltra latus agros, quos ad *Rhenum* *Bructeris* extorserat, illam etiam regionem occupassent, quam *Romani* antea ipsis negauerant, quæq. viam ad *Oceanum* diuitiarum patrem aperiret. Hac igitur in potestatem redacta, meritò se *Salios* vocarunt, non de præsentis tantùm felicitate læti, sed futuram quoque, quam mare esset daturum, iam tum certa spe præcipientes, quæ quàm ipsos frustrata non sit, consecuta mox tempora docuerunt. Præterea quia planam regionem habitandam sibi armis vindicassent, maximè parte ea quam *Romani* vacuam antè seruarunt, eoq. esset plurimum in equite præsidij futurum; primariam sibi curam esse voluerunt, vt equitio abundarent, cuius maximam commoditatem habebat tum propter sua, tum propter pascua vicinorum. Verùm quia finitimos *Batauos* habebant, qui & equestri disciplina magnam gloriam essent consecuti, & *Romanis* militarent; & ex aliena parte *Tenchteros* nullis equitibus in *Germania* secundos: eoq. vererentur, ne impares viribus vix possent vel agros vel honorem tueri, auxilium sibi ab ingenio contra hostium robur aduocarunt. Cùm enim animaduertissent nec *Romanos*, nec alios, vt optimos equos haberent, non posse tamen in iis ita securos tutosque confidere, vt non facillimè deturbarentur, & delapsi agrè conscenderent; sedem sibi excogitarunt, quæ non firmamentum tantùm sessori præberet, sed muniret etiam inguina, ventrem, & quicquid circa os sacrum vel antè vel retrò vulneribus patèret. Huic vtrimque firmissimis loris annulos ferreos appenderunt, quibus pedes haud secus firmarentur quàm si in solo constitissent. Totam autem machinam sic dorso equi accommodarunt, vt infima pars equo ephippij mollissimi loco esset, & pars superior sessorum non suauiter tantùm, sed tutissimè etiam contineret, atque tota cingulis robustissimis equi ventrem arctè complexis alligaretur. Videtur autem id ab elephantorum turribus, quibus *Romanos* vti viderant, mutuati; inuentionis modo vt facillimo, ita à *Græcis*, *Romanis*, & ceteris nationibus tum temporis necdum animaduerso, aut saltè ad opus applicato. Hinc itaq. non superiore modò ratione *Salij* vocati sunt, sed hac etiam, quòd tellis equestribus

*Saalich.**Sal/**Sadel.**Sal/*  
*Soluo debitum.**Salium nomē*  
*quibus ratio-*  
*nibus sibi Frā-*  
*ci posuerint.**Sellam equi-*  
*strem à Fran-*  
*cis primūm*  
*inuentam.*

Sal. He.

equestribus vterentur; quoniam *Sal-lie* ad verbum populum significet equestri sella vrentem. Et hæc sanè posterior caussa eò potior videtur, quòd & à peculiari gentis inuento nomen ducat, & Francos ab equestri dexteritate & robore præ ceteris omnibus ferè nobilissimos idonea & fausta voce ominetur, & quod tam olim est ominata, id reapse pòst contigisse videamus. Prætereo, quamuis nec id artificio careat, & notatu non sit indignum, eodem sono aulam significari, ampliarum domorum & summi multarum gentium magistratus prænantiam, quem penes Francos & quondam fuisse, & hæctenus esse nemo ignorat. At id quod de sella equestri dixi, video nõ facile mihi concessum iri, eoq̄ue paulò diligentius discutiendum; quòd, si non demonstratione quod volo conuincam, at certè probabili ratione concludam. Quam ad rem primùm id videre necesse, num equestrium sellarum vsus non fuerit apud vetustiores quàm sit Francorum ad Rheni ripam & Oceanum commigratio. Nullam equestrem vel statuatam vel imaginem pictam inter antiquorum monumenta inuenias quæ sedis eiusmodi vel minimum habeat vestigiũ. Quòd si vel apud Romanos, vel apud Barbaros etiam in vsu tum temporis fuisset, haud dubiè inter spolia, in quibus nihil ferè omissum, aliquando inueniretur: Ephippium autem illius ætatis stragulum quadrangulum fuit, quo equi dorsum internebatur; quale in Antonini statua licet videre, qualique hodie famuli equos aquatum ducturi insidere solent. Xenophon monens vt equo, siue nudus is sit siue ephippio stratus, quàm rectissimè insideamus, non veluti in sella sedentes, duo simul indicauit, nec semper ephippio equites vti solere, nec tale ipsum fuisse vt sedem præberet aliam, quàm si nudum quis equum conscendisset. Suadet ille quidem vt sic fiat, ne vel equum vel fessorem lædat: sed illa addit de quibus facillimè colligas, minimè cum sella nostra conuenire. Ascendentem enim vult manu sinistra vnà cum habenis iubam tenere, ne frenum inter adscendendum adducat; deinde vetat, ne genu dorso equi impingatur, quorum vtrumque frustra hoc tempore alij iubere tur quàm ei qui aut nudum equum, aut stragulo dumtaxat coopertum cõscendit. Iam in equestri armatura describenda diligenter obseruari vult, vt ex thorace alæ siue pinnae sic dependeant, vt iis inguen & pudenda vndique bene secureq̄. muniantur, ephippij ad hunc vsũ nulla facta mentione, quod alibi accommodauit ad equi non equitis corpus muniendum, nisi quòd pro femoralibus ei esse dicat, infra quæ tibias & pedes vult propendere; quas partes solidiore corio, è quo soleæ fiunt, muniri iubet. Quis hinc non videt sellas nostri temporis longè alias esse quàm fuerint ephippia, adeoq̄ue nihil cum illis habere commune præter infimam sui partem qua equi dorsum tangit: tametsi ne illam quidem profus similem, cum in sellis caua fieri possint, vt parte quapiam equus non tangatur. Laudat idem spinam dorsu supra armos paullo elatiorem, quoniam ea securiorem sedem equiti præbeat. docet præterea quòd alterum alter ex equo detrahere possit, ita vt & ex illo & ex hoc facile cernas, longè aliud ephippium, aliud sellam nostram esse. Vtile commodumq̄ue censet equi curatorem eum habere, qui Persicum ad morem dominum in equum tollere norit, nec in adscendendo, siue à dextra siue à sinistra id fiat (nam ad vtramque rem assue fieri equitem vult) nullam omnino facit mentionem aut ferrei annuli cui pes inseritur, aut lori ex quo dependet, quorum adminiculo & facillimè in equum insilimus, & pedes & tibias continemus; cum ille tibias perpetuò laxas pendere velit, nullius conscius in quo sese firment. Quid multis? cum hac ætate vna inter præcipuas equitis curas sella esse debeat, nec citra huius firmam adstrictionem fidis fasciis commissam vlla sit in equo aut securitas aut firmitas, & magni referat quo modo tibias in sustentaculis suis siue oculis ferreis consistant, sitq̄ue etiam in sella & inguinum & ventris & femorum & inferioris dorsu maximum munimentum, nihilq̄ue horum Xenophon tradat, omnium reliquorum ad minutias vsque diligentissimus exactor, neminem fore puto qui eius ætati sellam nostram notam fuisse dicat. Nec soli Græci tum temporis caruerunt & sella equestri & stapedis, vt in re noua nouo vtar vocabulo; sed Persæ quoque & Odrysi & ceteræ gentes, quas hic auctor vel in prælio contra magnum regem, vel pòst in longo illo difficillimoq̄ue itinere, quo Græcos singulari & vix credibili virtute domum reduxit, cognouit. Quæ enim fuit in re militari, & præsertim equestri, diligentia, minimè silentio præterisset, si quid melius, commodius, securiusq̄ue apud exteros quàm apud suos cognouisset. Neque porriò,

Romanis

*Ephippia veterum qualia fuerint. Equestris disciplina Xenophonis præcepta.*

Romanis rebus florentibus, horum usus vel apud Gallos fuit vel apud eos Germanos, quos Romani aut deuicerunt aut militiæ suæ inuictoriarunt: quandoquidem si fuisset, & in spoliis eorum monumenta essent, & ipsi tanta commoditate quantam apud alios vidissent, minimè carere voluissent. Erant enim Romani, teste Polybio, optimi meliorum imitatores; & quæ apud alias gentes vtilia nouissent, ea ad suos usus facile trahebant: ita ut equestrem armaturam totam à Græcis sint mutuati, sua qua prius utebantur prorsus reiecta. Quamobrem nec Gotis, quos sub Dacorum & Getarum nomine Romani de multis præliis & victoriis optimè norant, nec Germanis, quos aut Cæsar in exercitu habuit aut post eum imperatores, inuentio eorum adscribenda. Posset cuiuspiam videri de nomine sellæ Latinorum inuentum fuisse, nisi apertè verusta marmora reclamarent, & huius vocis in equestri instrumento usus apud veteres non esset receptus; adeoque ipsum etiam stragulum à Græcis acceptum; uti nomen ephippij satis ostendit. Nec memini sellæ nomen apud vetustiore Vegetio legere, qui Valentiniani principatu floruit; eoque crediderim circa eius ætatem apud Romanos sellam in usum venisse, nec multò antè Germanis cognitam. Isidorus quoque ad annum sexcentimum tricesimum clarus scriptor ceteris equestribus instrumentis sellam item annumerauit. Suspicio ergo à Sæcl Latinos & ceteros Romanisantes in Sellæ nomen venisse, vicinia vocum inuitatos, alioqui mansuros in ephippij nomenclatura, apud veteres approbata. A Germanis enim sellam & stapedas inuentas esse apertè indicat nomen Staffa, quo Itali & Galli stapedam appellant, quæ vox composita est è particulis duabus, geminum instrumenti usum notantibus, sed in vnam syllabam per concisionem contractis. *Sta-hes* enim integrè diceretur: quarum vocularum prior standi habet notationem, posterior alleuandi; quoniam stapeda & conscendentem subleuat, & in equo stantem firmat. Sed de *Staf* quo generatim scipio notatur, plura in hieroglyphicis. Hic satis esto stapedam perinde equitem firmare atque scipio peditem firmat, eoque ab hominibus nostris vocem communicatam fuisse, non tam ad formam quàm ad usum dirigentibus ratione. Romani equites solis perizomatis induti erant, nullo thorace muniti, quò faciliores ad descendendum & insiliendum essent; post Græcos imitati tutiores quidem thoracibus erant, sed ad subsiliendum non æquè prompti. Hinc factum ut in viis magna & cura & impensa stratis lapides erecti starent, veluti suggesta quædam, quibus conscensis facilis esset in equum non iam saltus, sed transgressus. Celebratur plurimum hac laude à Plutarcho C. Gracchus, quòd non solum insignem & diligentissimam operam viis impenderit, & lapides singula passuum millia distinguentes addiderit, sed illam etiam commoditatem adiecerit, ut non magnis intervallis lapides starent ad equos conscendendos accommodati, quibus fieret ut seruo in equum subleuante nihil opus esset. Petrus Victorius in alterius Variarum lectionum tomi libro decimo quinto, ut verè annotauit veteribus Staffas non fuisse hoc ipso Plutarchi loco ad fidem faciendam accersito, ita nescio quòd sibi instrumentum somniat, quo homines in equos soleant attolli, quòd ἀναβολία Græci vocarint. Viderit ille fortasse argentatum illud ferulorum Hispanorum, quo duo famuli matronas in mularum aut equorum dorfa tollunt, atque inde collegerit eundem Romanis olim morem fuisse. Verùm quò minus mihi suum hoc commentum probet, facit cum ipsa vocis analogia cum aliis ad hominum officia significanda factis, quales sunt γραφεύς, γραφεύς, ceteraque id genus plurimæ, tum Xenophontis doctrina, sic equisonem instrui iubentis, ut dominum in equum ad morem Persicum tollere condiscat; ad quòd munus Tamarlano præstandum, Turcorum imperator Paiazetes dorsum suum captiuum commodare coactus fuisse narratur. Paiazetes igitur ἀναβολίης pace Victorij mihi dicendus: instrumentum verò illud quòd quatuor manubriis comprehensum mulieres in equarum elunes auersas leuat, ἀναβολίον vocetur. Nunc quando staffa Germanorum est vocabulum, par est ut existimemus ab eisdem quoque usum earum inuentum fuisse; non illum quidem à Sueuis, quorum moribus nihil turpius aut inertius habitum fuisse Cæsar scribit quàm ephippiis uti, tantum abest ut sellas ad eos ut auctores referamus. A quibus igitur? Certè non ad illos quos multò ante Valentiniani principatum Romani nouerunt, cum alioqui eorum sese subito imitatores præstitissent; neque etiam ad eos Francos qui sub prioribus imperatoribus equo meruisse scribuntur: cum par ratio vetet ne id cogitemus. Quos ergo

Staffa.

Stapeda.

Staf.

ἀναβολίης.

Tamerlanes  
Paiazete cap-  
tiuo ἀναβό-  
λιος vice u-  
su.

faciemus inventores? Eos nempe qui eo ipso tempore innotuerunt, quo primum sella equestris usum Romanis auditum fuisse legimus. Fuderunt Franci ante Valentinianum, ut docui, satis noti; non solum illi qui stipendia faciebant, aut datos agros in provincia Germanica armati arabant, sed ceteri quoque qui quotidianis propè excursionibus Bataviam & viciniam vexabant. Verùm Valentiniani ætate ita vires eorum inualuerunt, ut tum demum nati, & nulli antè fuisse viderentur. Hinc eorum fabulosa commenta qui ad hunc principem Francorum nomen referunt, vel ut auctorem, in quibus est Ado Viennensis, vel datorem occasionis: quia videlicet tum primum se asseruissent in libertatem, omni vectigalium onere depulso. Hoc autem imperante primum equestris sella usus innotuisse videtur, quoniam nemo eius ante Vegetium fecerit mentionem, & fecit hic quoque mentionem tantum, ut perspicuum inde fiat, tenuem adhuc eius apud Romanos & notitiam & usum id ætatis fuisse, quæ si magna fuisset & insignis, minime commissurus hic scriptor erat, ut non diligenter in præceptis institutisque militaribus sellam instrueret atque ornaret. Iam paullo antè, Iuliano nimirum Principe, Saliorum indem nomen auditum; quo fit ut credam, sellam ad illius ætatis inventionem pertinere, & eos esse primos auctores qui nomen inde sumpserunt. Ut autem fabulis veritas sæpe solet, veluti larua quadam, occultari; ita hinc mihi de vectigalibus à Francis excussis commemoranti cogitatio subit, fieri potuisse, ut vacuos Romanorum ad Oceanum agros Franci primum certo tributo sibi compararent, atque ab hac solutione Sal-lant, id est, regionem quæ vectigalia soluat potuisse nominari. Post verò cum iam equitio plurimo diuites euassent, sellamque ultra Romanam armaturam equo aptassent, vectigalia consueta negasse, fretos nimirum nouo genere pugnandi, quo tanto essent futuri superiores, quanto plus sella quàm ephippiū haberet firmitatis. Quòd si quid Romanis autem tribuissent, iam deinde esse exacturos tantūdem & par pari relatueros, quod Salen Germanis dicitur, & id quidem facturos eius instrumenti equestris ope, quod Sal vocabant: atque hinc non vna ratione Saliorum nomen ipsis arrisisse. Et hæc quidem de coniecturis, quas inde cõcepi quòd ea regio quam Romanos vacuam sibi seruasse modò sæpius dictum, hæctenus Sal-lant vocari sciamus, certoque deprehensum sit ex Marcelino, Salios ad Rheni infimas partes habitasse longè gentium, montium, saltuum, fluminum à Sala remotos. Qua etiam de causa ipse populus regioni, non regio populo nomen dedit; non vna illud quidem ratione factum, sed illa tamen potissimum, quòd sellas primi equis aptassent, à quo Sal-lie populus sellis utens significatur, & Salingi perinde atque Flamingi dicuntur. Non indignum notatu, ad Rheni hanc ripam antiquissimam Staffam, siue Stapedam maui, inuentam nuper fuisse, quæ ferreo loro è sella dependebat argenteis lineolis per ferrum discurrentibus, mira arte nodos & nescio quas figuras, quæ præ vetustate erant exesæ, facientibus. Hac certè non facile crediderim vetustiore posse inueniri. Erat ea sic facta, ut tota conuerti non posset, ne si pedi semel excidisset, difficilis in eam esset regressus: habebat præterea parte sui superiore, qua ex loro ferreo pendebat, magnum ferreum nodum, qui tibiæ partem inferiorem dolore afficeret, si pes totus in staffam fuisset immisus: quæ res eo conducebat, ut anteriore dumtaxat pedis parte stapeda premeretur, ne si lapsus equus esset, pes expediri nequireret: in quo quantum sit periculi, neminem ignorare credo. Ferreum autem lorum erat, ne posset in pugna amputari, atque ita totum tolli firmamentum. Huius staffæ vetustatem atque formam cum aliis testibus docere possum, atque iis tot quot Antuerpiæ eam apud antiquarium nostrum aurifabrum viderunt, tum vnus satis est Læuinus Torrentius Brabantix archidiaconus, qui reliquam omnis suæ eruditionis elegantiam quam summis est æqualis, carminis suauitate sic superat, ut priscorum primariis nihil cedat. Salte porrò, dū à Sal sellam notante descendere intelligitur, quòd sellam decet, signat; ut formationis analogia cuius sermonis nostri nõ imperito demonstrat. Lex ergo Salica dicitur quæ ea sancit & iubet quorum obseruatio maximè pertinet ad Sellæ equestris dignitatem tuendam. Mos enim est nostratium, antiquis instrumentis ea adscribere, quæ spectant ad eum qui utitur instrumẽto: ut verbi gratia, cum dicimus, *Deusheit hoozt den bog, to*, id est, sedati mores & modesta humanitas decet arcum. Eadem loquendi formulâ etiamnum hodie sellâ se acquisiuisse dicunt, quæ quauis ratione equo sunt cõsecuti. Vernaculo igitur sellæ nomine equestris dignitas, eiusque officia capiuntur, quæ

*Sella equestris circa Valentiniani Imperatoris tempora primum inuenta.*

*Sal-lant.*

*Stapeda antiquissima ad Rheni ripam inuenta.*

*Salte.*

*Lex Salica que dicitur.*

quòd

quod primas inter Francos teneret, magistratus omnes omnesque leges dedit, quoniam ad supremi ordinis dignitatem sartam testamque omni ex parte, etiam minima, seruandam pertinerent, eoque Salicæ sunt vocatæ. Harum primaria fuit, in qua & columnen equestris ordinis, ut ad feminas bona equitibus alendis augendisque destinata non transirent; ne quod Sellæ proprium esset atque suum ad sexum veniret sellis ineptum; quam hac verborum formula Æmilius in Philippo longo expressit: In Terram Salicam mulieres ne succedant. quæ non solum de hac interpretatione nostra facilis est intellectu, sed apertam etiam secum adducit rationem; cuius vi iustitia æquitasque eius continetur. Terram enim salicam eam vocabant, quæ ad equestris ordinis dignitatem & in capite summo & ceteris membris conseruandam pertineret. Nec miretur quispiam hac lege regalia etiam iura fuisse cõprehensã; cum apud Francos equestris dignitas tantisper fuerit, ut ipsi etiam regum & ducum filij non antè insignibus eius donarentur, aut ad hunc honoris gradum adscenderent, quàm illustri aliquo documento dignos se hoc nomine graduque monstrassent: ut neminem eorum latere potest qui in præclatis Francorum equitum gestis, siue fabulosis siue veris, aliquando fuerint versati. Videntur autem Franci hanc equestris disciplinæ laudem à vicinis suis Tencteris didicisse, quibus Bructerorum sedes, quas occuparunt, confines erant: quos quibus verbis Tacitus celebret operæpretium vel ter audire. Tencteri, inquit, super solitum bellorum decus equestris disciplinæ arte præcellunt. Nec maior apud Catos peditum laus, quàm Tencteris equitum. Sic instituere maiores, posterius imitantur. Hi lusus infantium, hæc iuuenum æmulatio, perseverat senes. Inter familiam & penates & iura successionum equi traduntur. Excipit filius; non, ut cetera, maximus natus; sed prout felix bello & melior. Hæc de Tencteris ille: in quibus Franci illud mutarunt, ut maximus quidem natus filius præcipuum in equos ius successionis haberet, verum equestrem dignitatem virtute sua non successione adire cogere. Et, ut facile est inuentis addere, non solum Tencteros finitimos sibi æmulati sunt; sed sellæ etiam inuentione superauerunt: cui ea commoditas accessit, quod pascuis magis & planicie camporum abundarent, quibus rebus breui effectum, ut ad summum huius facultatis militaris gradum peruenirent, ceterisque omnibus, ut euenta docuere, præstarent. Præter autem quàm egregios se hac parte præstiterunt, hoc etiam rectè ab ipsis consideratum, maxime illud euitari debere, ob quod gens quæpiam excisa videatur. Quando igitur ipsimet sciebant, ob muliebris imperij impotentiam Bructerorum se victores fauentibus vicinis fuisse; hoc in primis sibi sciendum putarunt, quod femineum regnum à gente sua in perpetuum excluderetur. Lex igitur lata, qua diligenter cauere, ne Regalia iura vniquam ad feminam transirent: qua prouisam non solum id quod dico, ne muliebri imperio perinde atque antè Germaniæ magna pars subiicerentur; verum & illud, ne vniquam regium diadema externo homini obuinciretur: à qua qui recesserunt, contraria omnia sunt experti; iam muliebre iugum collo ferentes, iam externis principibus matrimonij copula aliunde adscitis subditi, & frequenter, licet nec locum nec patriam nec ciuitatem mutant, gentilis nominis honore spoliati; dum nouissimus quisque exterorum suam ditioni dotali nomenclaturam indere contendit. Videmus itaque Velledam, qua ad Reip. clauum sedente Bructeros Angriuarij exciderunt, occasionem dedisse, ut Lex Salica apud Francos vniuersi tum temporis consensu reciperetur, magno & insigni exemplo monitos, infelices sæpe exitus sequi vbi populi salus ex femina pendet. Naturæ consentaneum, ut quæ res equestribus sellis gerendæ, earum ductus & moderatio penes eum sit qui princeps esse queat & præmonstrator equestris disciplinæ. Hinc illa apud nos solennis testamentorum forma, qua cauere ut equus & sella & cetera ad sellam spectantia ad mulieres non transeant: quam non nobiles modò, sed omnes ferè generatim cuiusuis ordinis nostrates & in vltima volûtate testanda & in conuentione nuptiali describenda seruare consueuerunt; tanta semper cautio fuit, ne dignitati equestris, quam sellæ nomine indicare moris est, vel minimum detraheretur. Felices igitur Franci & verè, quod dicuntur, Salichi, quod non vicinos tantum Tencteros diligentissima equestris militiæ instructione sint æmulati, & alieno periculo Bructerorum ea declinarint quæ nocuisse ipsis videbantur: verum etiam ob id quod & sellam priorum inuentis adiecerint, solidum equitum firmamentum, & citis conseruationi, honori, di-

Salica lex  
primaria.

Salica terra.

Tencterorum  
equestris disci-  
plina laus.

Feminam vo-  
gnare cur  
Franci vultu-  
rins.



gnitatiq̄ue ita prospexerint, vt inde ad summum Christiani orbis fastigium adscende-  
 rint, & eos habuerint reges, vt nec Philippum, nec Alexandrum magnum, nec Cæsa-  
 rem, nec si quis alius his fuit vel par vel præstantior, in gente sua desiderarint: vel soli  
 enim, vt ceteros omittam, Pipini & Caroli tales se præstitero, vt neminem apud pri-  
 scos inter laudatissimos principes inuenias, cui non sint præferendi & rerum gesta-  
 rum magnitudine & singulari vitæ morumq̄ue probitate; quas ambas simul iunctas in  
 exteris frustra quaras, tamen omnes ad censum voces & duces & imperatores. Nunc  
 restat vt causa reddatur ob quam Salij nomen suum illi potius regioni dederint, quæ  
 secundum Rheni ripam, qua parte Iselæ nomen sumit, ad Oceanum pertinet, quàm  
 vetustis Bructerorum sedibus, quas non ita multo prius occuparunt. Ea licet in obscu-  
 ro, vt cetera pleraque nullis veterum monumentis prodita, delitescat; hanc tamen  
 apud me habet coniecturam. Cùm Franci cernerent longè difficilior periculosiusq̄ue  
 sibi fore bellum cum Romanis quàm cum Bructeris fuisset siquid ipsorum inuasissent,  
 totam eum agrum, quem limitaneorum militum vsui Romanus seruauerat, ei ordini  
 putarunt dandum, penes quem summum militiæ robur esset; quò eius virtute acrius  
 defenderetur: qua de re factum, vt à possessoribus *Sal-iant* / id est, regio ad fellam spe-  
 ctans, diceretur; quod nomen in hanc vsque diem seruat. Salij hac regione totius po-  
 puli sui cõsensu potiti, mox locum ad Oceanum in ripa Batavorum cis Isulam munie-  
 runt, quem à pugna, quam sibi assiduam cum Romanis Batavisq̄ue fore prouidebant,  
*Campen* nominarunt. *Campen* enim idem nobis est, dum vt verbum vsurpatur, quod  
 Latinis, pugnare; & *Camp* ipsa pugna: licet non absurdum eum sim iudicaturus qui  
*Champen* dici arbitretur, quasi *Champhauen* / & inde concisum esse *Champen*. Sunt autem  
*Champ* / aut potius & vsitatius *Camp-hauen* / portus vel campi vel belli: vnde Chama-  
 uis nomen, qui has terras ante Romanos tenuerunt.

Hinc paullo superius opidulū est in eadem sinistra ripa *Sallie* à Saliis nominatum, in  
 colle situm editissimo: cuius ciues multa quondam gesserunt præclare partim loci natu-  
 ra, partim atavorum virtute sibi hæreditaria, vt nomen pollicetur, freti. Nec procul in-  
 de *Wathem* opidum, quod ab odio vocarunt, quoniam certò scirent magnum odium se  
 Romanorum incursum; quò non solum dextram, sed sinistram quoque ripam occu-  
 passent. *Wat* odium & inuidia: *Wem* domus est. Nec fefellit eos hæc opinio, quæ quàm  
 vera fuerit, innumeræ clades vltro citroq̄. inter Romanos & Francos modò data modò  
 acceptæ posteriùs declararunt. Ex iis quæ de Panegyricis citauimus, facilis est coniec-  
 ctura, quoties circa hæc loca sit conflictum, Romanis propellere, Francis inuadere per-  
 petuò summa vi connixis. Exordium inde sumit regio ea quæ *Veluwe* nominatur, quam  
 nescio vnde nomen dicam accepisse, ex eone quòd satis esset, si quis per eam salua cute  
 transisset, ira vt *Vel-hout* sit, pellem serua; an ab eo quòd creberrimè castra castris op-  
 posita in hac fuerint, hinc Romanis tendentibus, hinc Francis, an verò quia Franci Ro-  
 manos hinc primùm vicerint, quoniam *Wet-hout* vtrumque significare possit, & castra  
 habere, & in prælio victoriam obtinere. Quòd si à *Wet-hout* deriuetur, duo iterum si-  
 gnari possunt, vel tutum securumq̄ue seruo, vel habeo venale: quorum vtrumque con-  
 ueniret Romanis loca ea aut vacua tutaq̄ue aduersus Francos seruare se dicentibus, vel  
 habere se ea venalia, sanguine videlicet atque cadaueribus emenda. Huic probabilita-  
 tem facit Geldrorum nomen; qui sic se fortassis inter Francos Salios nominarunt, quòd  
 hæc loca quæ à Romanis sanguinis pretio venum erant exposita, emere se velle profi-  
 terentur: *Gelder* enim emptor vocatur. Quòd si hoc commentum minus placet, at  
 saltem istud non displicebit, hanc regionem quæ nunc Geldria vocatur, cuius *Veluwe*  
 pars est, ita meritò potuisse nominari, quòd cùm in eam à Francis ventum esset, ex-  
 curendo dux militi & alter alteri diceret, serid iam rem agendam esse & magno con-  
 staturam: quoniam eo loco nunc versarentur, vt cum hoste manus esset conferenda.  
 Cùm enim instanter & omnibus neruis magna quæpiam res aut difficilis est agenda,  
 vulgò dicimus, *Wet getret*; id est, negotium vrget, ac serid instandum. Hinc *Wet Gelter-  
 tant* regio dicitur in qua crebrò locus fuit huic exhortationi & celeumati militari, quia  
 in ea vario euentu complura prælia sint commissa Et quæcumque tandem fuerit huius  
 nominis origo, id certè constat, hanc regionem eam esse quam primam Franci citra  
 Iselam Romanis extorserunt: quòd nec paruis laboribus, nec paucò sanguine ipsis con-  
 stitisse

stitisse nemo ignorare potest, nisi & historiae omnis sit ignarus, & virium Romanarum, quibus Germaniae limitem tuebantur. Non mala itaque ratione tota ea regio *Gelter-lant* / siue *Geltria*, dicitur, quae ab *Isulae* ostio exorsa, & per *Batauiam*, cui haecenus nomen manet, extensa ad illam vsque *Mosae* ripam pertinet quae *Castello Romanorum* in *Taxandriae* finibus sito opponitur: quandoquidem in ea inter *Salios* & *Romanos* infinita propè proelia sunt commissa, quibus vox haec *Het Gelter* egregiè conueniebat, tanta in hortando efficacia & vehementia, vt non plus dicas si sic dicas: vel hinc vita & fortunæ omnes amittendæ, vel fortiter pugnandum. *Francos* autem prius superiorem *Batauiam*, quae nunc *Betawue* dicitur, inuasisse; ac inde trajecto utroque *Rheni* brachio *Mosae* ripam occupasse, ex eo manifestum est, quod de *Taxandria* & *Castello* à *Francis* occupato *Ammianus* refert. Totus ergo hic tractus *Gelter-lant* vocatus nomen postea habitatoribus dedit, atque inde quoque opidum *Gelter* nuncupatum: quae regio post varios casus tandem titulum *Ducatus* accepit, parte sui superiore & media, quae *Batauiam* propriè vocatam comprehendit, insigniter beata, qua ab *Isula Oceanum* contingit, quaque regionem *Deluwe* complectitur horridior minusque secunda.

Verum non deerit fortasse qui me in eo reprehendat, quòd regionem quam *Tacitus* inter *Frisios* & *Rhenum* vacuam à *Romanis* seruatam fuisse narrat, *Isela* terminari; non *Rheni* eo brachio cui & *Rheni* nomen mansit, & *Rhenum* opidum debet nomenclaturam. Huic ego de temporum supputatione & fluminis permutatione respondebo, non eundem semper alieum fuisse, atque idcirco non satis certò statui posse, an à *Frisia* ad *Rhenum* vsque, cui *Rhenum* opidum adiacet, an verò ad *Isulam* tantum vacua loca in usum militum seruata extendere debeamus. *Tacitus* aliter, aliter *Plinius* *Rheni* ostia describit: hic tria facit, *Helium*, *Fleuum* & medium horum *Rhenum*; ille in duos amnes *Rhenum* fecat, & illi nomen cursusque vehementiam manere dicit quae *Germaniam* alluit, medij amnis nullam faciens mentionem. *Fleui* nomen *Mela* prior agnouit, & eiusdem nominis *insulam*; sed in descriptione planè mancus mihi videtur, suane an librariorum culpa ignoro. *Ptolemæus* item tria ostia ponit, quamuis in latitudine non horum modò, sed totius regionis, excedat veritatem, & longitudinem ostiorum *Mosae*, *Tabudæ* & *Rheni* perperam tradat; in orientali tamen *Rheni* ostio tantum nobis ad veri inuentionem adiumentum adfert, vt ex collatione ostiorum *Vidri* fluminis, quae per triginta minuta paralleli *Orienti*, & per viginti meridiani scrupulos *Arcto* propiora statuit, satis declaretur orientalius ostium illud esse quod nunc *Isela* vocatur, & *Vidrum* amnem nequaquam eum esse qui, *Reggo* prius suscepto, ad *Gelmuidam* se *Oceano* mergit; tamen si videam à nonnullis ita credi; sed eum qui *Groeningam* interfecat, & latissimo ostio in mare euoluitur. Neque enim *Gelmuida* tanto abest interuallo à *Rheni* ostio quantum à *Ptolemæo* annotatum; imò *Vechtus* & *Rhenus* ferè in idem ostium desinunt. Iam inter *Rhenum* & *Vechtum* nullum portum inuenias cui *Manarmanis* descriptio quadret; & est à *Ptolemæo* sic delineatus, vt longè inter *Rhenum* & *Vidrum* in mare protendatur, quod nullo modo inter *Vechtum* & ostium *Rheni* cogitari potest, nec est pars vlla littorum cui id queat adscribi, licet ad ipsum *Amsterdamum*, vel paulò magis ad subsolanum extremum, *Rheni* ostium fuisse fingatur. *Manarmanis* enim portus quadraginta quinque millibus passuum ad *Arctos* propius quam *Rheni* ostium accedit, nec interim tamen in longitudine differt: quò fit, vt situ illo quem *Ptolemæus* sequitur septentrioni littorum ductum plus æquo opponens vel *Stauerem* vel *Worckum* vel *Harlingen*, quod equidem magis credo, *Manarmanis* portus fuisse videatur: cui consentaneum est, *Vidrum* *Groeningæ* adscribere, & sic nominis rationem dare, vt *Vidrus* dicatur *Teutonice* *Widru* siue *Widru* / id est, latè patens canalis, quae optimè consonat cum ea quam hodierna die habet, capacitate. Verum nolim hac de re curiosius & obstinatus disceptare, propterea quòd sciam nec longitudinis nec latitudinis iustam omnino mensuram *Ptolemaicis* numeris contineri. Hic tamen non chartæ tantum delineationem sequor, quae ductu suo me in eam traxit quam aperui sententiam; sed longitudinem etiam ostiorum *Vidri* & *Fleui* castelli, inter quae quindecim ante *Drusi* ætatem dumtaxat minorum est discrimen, quod in parallelo huius latitudinis perquam exiguum habet interuallum; verum in latitudine viginti quinque minuta *Philebo*, siue *Fleuo*, attributa minus quadrant, non eum veri-

Betawue.

Gelder urbb.

Rhenum opi-

dum.

Rheni ostia.

Helium.

Fleuum.

Rhenum opi-

dum.

Rheni ostia.

Helium.

Fleuum.

Rhenum opi-

dum.

Rheni ostia.

Helium.

Fleuum.

Rhenum opi-

dum.

Rheni ostia.

Helium.

Fleuum.

Rhenum opi-

dum.

Rheni ostia.

Helium.

Fleuum.

Rhenum opi-

dum.

Rheni ostia.

Helium.

Fleuum.

Rhenum opi-

dum.

Rheni ostia.

Helium.

Fleuum.

Rhenum opi-

dum.

Rheni ostia.

Helium.

Fleuum.

Rhenum opi-

dum.

Rheni ostia.

Helium.

Fleuum.

Rhenum opi-

dum.

Rheni ostia.

Helium.

Fleuum.

tate tantum, sed cum ipsa etiam Alexandrina Phrysiæ tabula. Est quidem Fleuum paulo quàm Vidri ostium orientalius, quam plagam hoc terrarum tractu ferè ad Septentrionem applicauit. Sed hæc condonanda homini longè gentium à Germania remoto. Quamuis autem his locis plus æquo latitudinis tribuerit, de consecutione tamen locorum & ordine apertum reliquit, Vechti ostiis, iis inquam quæ nunc videmus, non posse ea applicari, quæ de Vidri ostiis scripsit; cum nullus portus sit inter orientalius Rheni ostium & Vechtum; cui descriptio portus Manarmanis queat adscribi. Et quamuis hæc satis mihi videantur firmitatis habere ad concludendum apud æquos rerum æstimatores: adiiciam tamen & aliud argumentum non parui apud me momenti. Scribit Tacitus in iis quæ paulo antè ex eo commemorauimus, in Fleuo castello eos stationem habuisse, qui illa parte Oceani littoribus præsidebant. Quo fit, vt *Fleu-dorp* id est, Fleui vicus à me dicatur Philebum esse Ptolemæi; atque ex vicinia ostiorum Vidri & Fleui deinde concludam, sinum illum Groeningorum Vidram fuisse, nomine inde deducto, quod latè patens canalis esset. Neque igitur Vechtus Vidrus, neque Groeninga Fleuum mihi fuerit. alij quod volent & credant & tæantur. Rhenus hæc sui parte, qua proximè ad Manarmanum portum accedebat, alium cursum videtur tenuisse, & aquas suas in eos euoluissè lacus qui inter Harlemum & Amsterdamum & vicina loca spectantur, solo medio alueo nomen seruante. Lecca certè posterior illis temporibus canalis videtur; quoniam nec nomen seruat, nec illud admittit, vt ostium orientale in lacus effundatur, nisi quatuor alueos comminiscamur: vnum in lacus flumen effundentem, vt Plinius dicit; medium in Oceanum ducentem, qua parte arcis vestigia restant, quæ à tutandis finibus *Dyit end* nominabatur; tertium Leccam, quartum qui in Mosam maximam aquarum copiam effundit. Ceterum hæc ambigua & incerta; & magis dubium qua de causa orientalius ostium Fleuum fuerit vocatum, & occidentalius Helium. Drusus videns frequentia diluua necessariò vi fluminis contingere, de auertendo alueo cogitauit, quod opus inchoatum Paulinus Pompeius post absoluit. Fossa autem hæc Drusiana vnà cum aggere ab Arnhem videtur exordium sumpsisse, cui opido ab Aquila Romanorum, qui castra hinc habuerunt, fossasse nomen remansit; & inde ad Doesburgum diducta esse, quod integrè & correde *Dyoesberg*, id est, Drusi castrum vocaretur. Hoc loco quia Iselæ amnis, qui vetus Hela dicitur, alueo Rhenus exciperetur, posterior atas totum hoc Rheni brachium Iselam nuncupauit. Quamobrem nostra parui refert an loca vacua ad Iselam vsque, an ultra ad Rheni prius ostium fuerunt porrecta. *Deluue* profectò sic interpretari possumus, vt loca illa intelligantur quæ vacua & tuta ab exteris Romani seruare consueuerunt. Sed vt dico parum ad nos; illud saltem certum est, hæc primùm à Francis citra Iselam fuisse occupata, & Ptolemæi descriptionem Iselæ magis quàm priori alueo conuenire; in qua neglectus fuerit Vechtus, quia in idem propè ostium cum Rheno descendit: cui an nomen sit à pugnando quod *Vechten* dicimus, an aliunde, non quæro; id saltem non ignoto, amnis fontem non longè ab eo saltu abesse in quo Variana clades perpetrata. Ab hoc fluuio Franci Batavia nunc omni & Canenufatú & omni ceterorum, quos inter Helium & Fleuum Plinius enumerauit, regione in ditionem suam redactâ, nomen alteri fluuio siue canali dederunt; qui cum è Rheno deriuetur, & in lacus effundatur, vetus mihi Fleuus videtur: ad cuius nomen vicus quidam vicinus *Fleuten* alludit. Ad eundem canalem paulò inferius *Maersen* antiquum videtur Maersatorum monumentum, quo nescio fato in tanta nominum commutatione conseruatum, quam Salij potissimum videntur induxisse. Vt enim à Vechto suo antiquo Vechtum orientalius Plinio, ni fallor, Rheni brachium vocarunt, & ab Isula suo Iselam apud Canenufates, & ab Amiso superiore Bructerorum termino Amisum alterum fecerunt; ita verisimile est, quàm plurimas alias nomenclaturas ab ipsis esse commutatas. Sed hæc in regione tot inundationibus obnoxia, tot fossis & canalibus à diuersis principibus & populis discissâ accuratè perquirere nescio an hominis sit satis intelligentis id genus mutationum, me certè tam curiosum non esse necdum mihi persuasi vt pœniteret. Deinde nobis minimè necessarium ducimus, vt omnium locorum quæ Franci olim tenuerunt, delineationem originibus nostris adiungamus; id satis, & fortasse plus quàm satis, arbitrati, si quò & vnde venerint, clarè queamus docere. Et fuissem equidem in his re-

bus di-

*Fleudorp, Philebum Ptolemæi.*

*Rhemi ostia mutata.*

*Lecca.*

*Dyitend. arx.*

*Drusus Rhemi alueum auertere instituit, perfecit Paulinus Poperus. Arnhem unde nomen accepit. Doesburg à Druso nomen accepit. Isela.*

*Vechti etymò. Vechten.*

*Fleuus vetus. Fleuten vicus. Maersen.*

*Locorum nomenclatura mutata.*

bus diligentior, si certi aliquid in tam frequenti permutatione reperiri posse sperassem: quam, ut diluviorum frequentia hinc Oceano Æolio furore campis immisso, hinc fluminibus vel immani pluviarum vi vel liquefactis niuibus aggeres, quibus continentur, impentibus, ita & diuersorum principum iussa fecerunt, inter quos olim non Romani soli, sed Ciuilis etiam natione Germanus commemoratur. Nec vereor asserere, Francos postea Romanorum limitem paulatim carpentes varias fossas & canales fecisse, pro eo atque commoditates vel belli vel pacis postulare viderentur: cui rei indicium præbent nomenclaturæ à Transithenans fluminibus mutud acceptæ. Iam Merouue an non aperte declarat, Merouicum magni aliquid operis in illo aluei à Mosa diuortio molitum fuisse? quod an ad naualium opportunitatem, an ad munimentum regionis rucens occupatæ, an ad utrumque fecerit, non refert; id saltem constat, & palatium vetustissimum, cuius ruinae hæcenus vix extant, (nam reliqua sunt fluctibus absorpta) & cadalem ingentem seruire nomen Merouei. Ex hoc itaque ceterisque id genus permuleis, quæ longum sit persequi, coniecturam facias; difficile omnino, ne dicam temerarium esse, certi aliquid in re incerta statuere velle. & alioquin lubenter Adriano Iunio amico meo hanc prouinciam ornandam relinquo, qui non dubito quin summam suam eruditionem, de qua toti orbi celeberrimus, totam ad id sit collaturus, ut Bataviam patriam suam, quam maximè fieri poterit, illustret; præsertim cum ad hoc munus liberali honorario ab Hollandiæ magistratu sit inuitatus: Gratulor equidem illi talem patriam, & patriæ talem virum, & vtrique talem magistratum, ut hanc laudem iam olim à ceteris nostratibus nescio an neglectam an contemptam sibi sumpserit sequendam, quæ de regionis suæ antiquitatibus in lucem eruendis & toti orbi communicandis generosissimo cuique animo prima atque maxima deberet existimari.

*Merouue  
Merouei mō-  
numentum.*

A Saliis ergo Sallandia dicta, tres principes vrbes præter cetera opida & pagos complexa, Dauentriam videlicet, Swollam & Campen; è qua Bataviam & finitima primùm Galliæ frequenter incurfarunt, & tandem ditioni suæ adiecerunt. Neq. audienti sunt qui contra omnem & pronuntiandi & scribendi consuetudinem ex Sallandia Isalandiam fecerunt, cum non Isal flumen, sed Isel omnium confessione dicatur, secundâ, non primâ vocali posteriorem syllabam faciente, & Sallandia non Sellandia regio vocetur. Quid, quòd plerique omnes veterum Zallandiam per Z litteram Græcorum, scripserunt? quasi dicendum integrè esset, *Het Sallant* / & concisione nostrati, *Sallant*: quod vocabulum concinnius vna littera scribi posse videbatur. Nemo igitur Vopelij charta chorographica riparum Rheni decipiatur, in qua contra omnium vetustiorum consuetudinem Isalandiam scripsit, ignarus equestris dignitatis in Zallandia nomine designatæ. Brachium autem hoc Rheni quod Drusi Pomponijque Sabini cura factum legimus, Isela nominatur à fluuio Isela in saltibus iis orto quos Romani non vna sua clade nobilitarunt. Deriuata enim est pars Rheni ab Arnhem Droefburgum, id est, Drusi castrum, quo loco vetus Isela alueo suo Rhenum excipit, & vna secum in Oceanum euoluit.

*Sallandia vr-  
bes precipua,  
& vera pro-  
nuntiatio as  
scriptura.*

Verumenimuerd cerno mihi obiectum iri ex Agathio, Francos ab equestri militia vel parum vel nihil profus laudis tulisse; tantum abesse, ut fellæ & stapedarum inuentores probabiliter dici queant. Fateor equidem, vetustiores Francos antè ferè omnes pedites fuisse quàm Bructerorum ad Rhenum sedes & vacuas Romanorum ad Oceanum terras occupassent, & hinc eos qui apud Romanos militabant, plerosque pedibus meruisse non negarim; sed cum Agathius paucos excipit, id ego mecum facere contendo, nedum aduersari: atque eos qui domi manserunt, præsertim ad Iselam nouum habitantes, in equis alendis domandisque multum operæ posuisse, ne vicinis Tenteris Batavisque impares hac parte cernerentur: & quia nouum hoc ipsis studium fortassis fuit, timerentque ut dexteritatem iam olim in hac disciplina exercitatorum æquare possent; præsidium sibi ab industria nouæ inductionis quæsiuisse; quod tantum fuit, ut non pares modò, sed longè etiam ceteris euaderent superiores. Iam neque illud à me dictum, omnes Francos Saliis fuisse nominatos, sed eos solos hac appellatione designari, qui regionem eam quam Romani vacuam seruasse dicuntur; habitandam ea conditione apud suos acceperunt, ut equitio operam darent: qua in re quò magis excellerent, meliusque ea quæ sibi vindicassent tueri possent, nouum sibi equitandi firma-

*Qui Franco-  
rum Saliis fue-  
runt nuncu-  
pati.*

mentum excogitarunt. Hinc itaque factum, ut quod auita consuetudine Tencteri optime didicissent, id Salij noua sua inuentione longè post se relinquerent, & tanto intervallo excederent, quanto plus securitatis firmitatisque in equis haberent. Neque porro sola hac arte Tencteros superabant, sed à pascuis etiam & camporum magna planitie paucis aquarum canalibus interrupta plus commoditatis ad equos tum alendos, tum vtendos habebant, cum apud illos plus siluarum asperitatisque esset quàm camporum. Scimus Telemachum patriam suam Ithacam ob asperitatem ineptam equis vtendis iudicasse, & prouerbio tristissimo iactari, equum in campum qui prouocet, iniquam sibi sumere ad vincendum conditionem: quod cum ita habeat, vix alia regio equitationi magis idonea quàm *Sal-landia*/ queat inueniri.

*Sal-landia*  
equis alendis  
aptissima.

Sed nunc ut satis diu in coniecturis Saliquis versati sumus, ita non abs re fuerit & illud obiter annotasse, nomina eorum qui legem *Saliquam* tulerunt, ad allegoriam potius quàm ad historiam pertinere. Quatuor fuisse scribuntur, *Wisogastus*, *Bodogastus*, *Salogastus*, & *Windogastus*.

*Saliqua* lex à  
quibus lata  
perhibetur.  
Gast.

*Wisogasti*  
etymon.  
*Bodogastus*.  
*Salogastus*.  
*Windogastus*.

*Gast* nobis hospitem notat, & quia hospitibus apud Germanos teste Tacito summa reuerentia & maximi honores habentur, vox transit ad quemuis hominem significandum quem hospitalitatis officiis dignum iudicamus. Sic dicitur, *Tis e gast*/ id est, æquè atque si hospes esset honore prosequendus. *Wisogast* igitur dicitur is, qui venerandus est ob sapientiam: *Bodogast*/ qui honorandus est, quia leges ferre, & imperare norit: *Salogast*/ qui ob equestrem disciplinam dignus est veneratione: *Windogast* is dicitur qui ob victoriam est honorandus. *Wis* enim sapiens, *Bob*/

*Sapientia* vi-  
storia fons.

mandatum & Lex, *Sal*/ sella equestris. *Win*/ vinco significat. Notarunt igitur veteres, victoriam contra hostes non contingere, nisi Resp. sapientia, bonis legibus, & equestri dignitate contineretur, nec item equestri ordine dignum, qui non excellat & sapientia, & peritia imperandi. Fons enim omnis victoriæ contra aduersitates tum priuatas tum publicas est sapientia: quod Plato indicauit, dum aut regem philosophum esse voluit, aut philosophum regnare. E sapientia autem legum ferendarum, imperandique facultas oritur. Quamobrem qui his duobus nititur fundamentis, is dignus est summo ciuitatis ordine, è quo gubernatores deligendi, qui omnem Reip. noxam depellant atque vincant. Videre hic est, quatuor vocibus tetragonam reipublicæ constituendæ conseruandæque formam expressam, in qua primum sibi locum sapientia vindicauit, quæ nomine suo omnem disciplinarum orbem, iustitiæ æquitatisque regulam, omnia denique ciuitatis rectè gubernandæ præcepta complectens firmissimum omnium eorum columen est, quæ ad cunctas aduersitates siue priuatas singulorum, siue vnus alicuius familiæ, siue communes aut omnium aut plurimorum vincendas superandasque spectant. Deinde post hanc mox consequitur, haud secus atque riuus è fonte suo, vtillum salutariumque legum constitutio; quas nemo sanciet pro eo ac communis omnium salus postulat, nisi prius in sapientiæ studiis multum diuque fuerit exercitatus. Tertio loco ordinis equestris conseruatio necessaria esse indicatur, tum quò aduersus hostiles incurfus patriam tueatur, tum quò viros dignos imperio magistratuque, velut equus quidam Troianus, effundat. Tanta autem huius ordinis dignitas apud

*Legum* consi-  
titio.

*Equestris* or-  
dinis dignitas  
apud Fran-  
cos.  
*Marscalcus*.

Francos fuit, ut ne regum quidem filij prius regno digni iudicentur quàm ad hunc fuerint admissi. Qua de re factum, ut vox *Marscalcus*, qua peritus equi tractandi curandique magister notatur, pro quouis cuiusuis officij principalis magistratu vsurpetur. Est enim *Mars* equus, non *Mars*/ contra quàm *Lazius* & *Rhenanus* scripserunt, ut in *Trimarcisia Gallorum* à nobis est annotatum. Eodem modo veteres Romanos, à *Cimmeriis* fortasse maioribus suis accepta consuetudine loquendi, non magistrum tantum equorum, sed aliarum etiam rerum gubernatorem equisonem vocasse *Nonius Marcellus* testatur. Quoniam porro post *Wisogastum* & *Bodogastum*, *Salogastus* enumeratur, sic est cogitandum, primos *Salicarum* legum conditores neminem dignum iudicasse equestri dignitate, nisi & sapientiæ præceptis esset institutus, & recta iustaque imperandi facultate polleret. Iam tetraetyn hanc *Winnogastus* absoluit, qui nomine suo victoriam contra omnia ea pollicetur, quæ saluti vel priuatae vel publicæ aliquid adferre possunt impedimenti. Si omnis hominum vita, quamdiu hunc aërem haurimus & terræ frugibus alimur, nihil aliud quàm militia est, non solum contra externos hostes omnibus neruis pugnandum, quò victoriam consequamur; sed contra internos

etiam;

etiam; & id quidem tanto magis quanto sunt ad superandum difficiliore. Qui igitur hunc quaternarium conseruere, non malo artificio nec obscura significatione declarant, totius Reip. finem in hoc esse, vt aduersa omnia, quibus cum perpetuo est decerandum, vincamus; non admodum sane à D. Pauli sententia loquendi que formula remoti, qua dicit, bonum se certamen certasse, eo que sibi coronam gloriae dandam à supremo illo omnium bonorum certaminum Brabeuta. Sed hæc breuiter sint & obiter de quatuor legum latorum mysticis nominibus indicata, quæ si penitus & accuratè quàm late patentem habent notationem explicarètur, volumen immensum replerent. Verùm quò numerum ciuitatis perfectæ absoluerent, quaternario ternarium adiecerunt; cuius accessione septenarius existit, Palladi Rerump. præsidii dedicatus. Aiunt enim hos quatuor viros in tribus pagis leges Salicas dictasse, *Wodenheim / Salenheim / Munnheim*, id est in domo legum, in domo equestri, in domo victorie. Hic autem domum sapientiæ, quæ in quaternario prima erat, omiserunt: quonia & ea in tribus domibus enumeratis communiter cum legibus, equestri dignitate & victoria habitaret, numquam ab his tribus separanda. De Septenario numero ciuitatum administrationi & Mineruæ sacro quædam etiam ab Aristotele in Politicis sunt indicata, prius à Pythagoricis inuenta, & à Platone Timæo adscripta; quæ si huc aduocarentur, & nimio plus oratio exeresceret, & in obscuram numerorum caliginem raperetur. Sufficit indicium dedisse, quàm conuenienter prisca philosophiæ hæc nomina sint conficta & ad septenarium numerum accommodata, qui quatuor & tria complexus firma ciuitatis omnibus numeris absolutæ fundamenta componit, eaque de causa Palladi consecratur. Quid, quòd ne hoc quidem veterum mysterio contenti, aliud præterea Salici addiderunt, dicentes leges has per tres Mallos, id est, tria conuenticula latas esse? *Mal* enim conuiuium significat, & quia Germanorum mos fuit de omnibus & pacis & belli negotiis in conuiuiis consultare, quod Tacitus testificatione sua confirmat, factum est vt vox illa pro conuenticulo iudicum, & inde etiam pro tempore siue vice ponatur. Hinc apud nos *Emal / Tweemal / Dymal* pro vna, duabus, tribus vicibus dicatur. Ex hac voce Germanica Mallus dicitur conuentus iuri dicundo deputatus. Cùm igitur ternarium Palladio numero addimus numerum, cum absoluimus qui Musis est ab Orphicis consecratus. Quis hinc non miretur diuinam allegoriam Saliorum, qua vsi sunt ad suam legibus maiestatem vindicandam? quam integram fore non putarunt, nisi Palladis & Musarum præsidio muniissent. Eant nunc vel Romani vel Græci, & Barbaros vocent Francos; apud quos non minus doctè quàm in Academicis hortis optima reip. forma per numeros delineatur. Quod verò proditum est Pharamundi ætate leges Salicas primum latas esse, id an ita sit, nescio. Hoc saltem constat, Salicas ante Saliorum nomen cognitum dictas non fuisse, & idcirco non multo antea fortasse latas quàm regnum ad Pharamundum venisset. Quæ autem leges Salicæ nunc extant, eæ miseram passæ sunt calamitatè, eo quòd multo posteriùs scriptæ sint quàm Pharamundus ad Duisbergum vsque ab Oceano regnaret, atque idcirco lingua à prisca Francorum plurimum degenerante. Franci enim ij qui à Clodouæo in Alemania & vetere Burgundionum sede collocati sunt, ad Toringos, Saxones, Sueuos, Bohemos, Alamanos, Bauaros, & exteras vicinas gentes in fide Francorum continendas sermonem suum Allemanico miscuerunt; eam que fecerunt satraginem, quæ nec ab Alemanis nec à Francis vetustis intelligeretur. Deinde dum in Latinum sermonem leges has nescio quis transtulit, plurimæ voces sunt corruptæ, & à genuina & scriptura & pronunciatione detortæ. Iam & illud animaduertet qui versus Francicos à Lazio citatos leget, poetas nescio qua vesania linguam ad peregrinam Latinorum terminationem pertrahere voluisse; nec mirum, plurimas è varia colluione gentium voces irrepsisse, dum plurimæ commigrationes nihil integrum sinerent permanere. Franci autem, si qui alij mortalium, faciles fuere ad linguam suam alterius gentis sermoni accommodandam; ita vt non alij prisicum sermonem seruarint quàm ij qui ad inferiores Rheni Mosæ que ripas manserunt, aliis Romanam, aliis Allemaniam linguam secutis, pro eo atque quotidiana conuersatio postulare videbatur. Sed iam satis, & plus quàm satis de lege Salica & Salicis, quorum notitia Iuliani tempore primum ad Romanos venit.

*Salica leges  
vbi primum  
dictas.*

*Mal*

*Mallus quid  
est unde no-  
men habeat.*

*Salica leges  
quando lata.*

*Salica leges  
qua occasione  
corruptæ.*

## FRANCICORVM

## LIBER III.



*Merobaudes.*

*Frigeridus.*

*Richomerus.*

*Mallobaudis  
ductu, Alamanorum  
triginta millia  
caesa.  
Priarius Alamanorum  
rex casus.*

*Fritigernus  
Gotorum rex  
Romanos vi-  
sit.*

*Richomerus  
Francos &  
Batauos ser-  
mat.*

*Franci Ger-  
maniam po-  
pulantur.*

*Nanninus &  
Quintinus  
magistri mi-  
litie.*

VANDO itaque nunc, quo potui compendio, ad Iulianum vsque Imperatorem prisca Francorum monumenta deduxi; reliquum est vt ad inferiora tempora oratio descendat; quibus res ipsorum immane quanta ceperint augmenta. Floruit id ætatis Merobaudes præcipuis in exercitu ducendo & Repub. administranda honoribus; adeò vt ad consulatum fuerit euectus; qui Francus videtur fuisse. Nec alterius gêtis Frigeridus quàm Germanicæ fuit, vt nomẽ ipsum est argumento, carissimus rebus tum in Gallia tum in Pannonia gestis. Fertur Iulianus in diffidiis ciuilibus componendis aliquando dixisse, Audite me quem Alemanni audierunt & Franci; indicans hos validissimos esse Romani nominis hostes, & à se tamen cohibitos atque compressos. Post Iulianum & Iouianum breuis regni Imperatorem Valentinianus rerum potitur, in cuius aula & exercitu plurimos Francos illustres in aula fuisse nihil dubitandum, cum mox ab eius morte Richomerus celebretur domesticorũ comes; qui Gratiani iussu cohortes aliquot è Gallia in Thraciam duxit, auxiliũ Valenti contra Gotos laturas; sed eo imbecilliores quòd Merobaudes, veritus ne præsidij contra Alemanos numero diminuto & viribus exhaustis Galliæ vastarentur, plurimos milites ex ipsis callido consilio subtraxisset. Mox inde sub eodem principe Franci Romanorũ socij regem Mallobaudem habuisse referuntur domesticorum item comitem, quem & bellicosum virum fuisse & fortem Ammianus oculatus testis declarat, eiusque ductu rapido & celeritate pugnãdi auida ingêtem Alamanorum multitudinem apud Argentariam vnã cum rege Priario cæsam refert; qua clade fractis hostibus Gratianus Rhenũ transgressus, eodem duce tam insigni victoria potitus est, vt eius fama totum in pace retinuerit occiduum orbem, dederitque Imperatori Thraciam petẽdi facultatem, quòd Gotos omnia longè lateque populabundos pari felicitate compesceret. Sex. Aurelius Victor triginta Alemanorum millia apud Argentarium Galliæ opidum cæsa commemorat; quòd facinus cum Marcellinus ductu auspiciisque Mallobaudis & cœptum & perfectum dicit, nemini dubium relinquit cuius fortitudini laus omnis & gloria debeatur. Valens interim imperij socius rerum à Gratiano tanta gloria gestarum æmulatione flagrans peruertere studebat, & antè Gotos delere quàm alter aduenisset: qua re cognita, Gratianus Richomerem domesticorum quoque comitem paullo antè in Pannoniam missum ad Valentem destinat, additis litteris quibus se mox cum omnibus copiis adfuturum significaret, rogaretque, ne quid temere aduersus hostem solus attentaret. Ceterum hic in sano ardore ad victoriam præripiendam raptus, Fritigerno Gotorũ regi tam insignem dedit rei bene gerendæ occasionem, vt vix tertia pars exercitus Romani euaserit, in qua Bataui erant & Franci Richomeris ductu seruati: quem Ammianus tradit non strenuum modò & fortem in periculis adeundis virum fuisse, sed generis etiam & natalium splendore clarum. Quoniam autem hic nos destituit Marcellinus, præsens oculatusque plurimorum quæ scribit testis, obscuritate nescio qua inuoluimur; historiæ scriptoribus plurimis vel temporum iniuria vel barbari sæculi, quòd secutũ est, supina negligentia è medio sublatis; & aliis qui paullò fuere posteriores, oscitanter admodum in iis rebus quas maximè scribere conueniebat, versatis. Turonensis Episcopus Sulpiciũ Alexandrum citat ea describentem quæ ad hoc ipsum tempus faciunt; cuius si verba adscribamus, non ingratos nos aut inutiles lectori præbebimus, propterea quòd ea quæ Maximo intra Aquileiam amissa omni spe imperij quasi ad amentiam deducto Franci gesserint, enarret. Eo tempore, inquit, Genebaldo, Marcomere, & Sunnone ducibus Franci in Germaniam prorupere, ac pluribus mortalium limite in rupto cæsis, fertiles maximè pagos depopulati, Agrippinensũ etiam Coloniam metũ incussere. Quòd vbi Treueros perlatũ est, Nanninus & Quintinus militares magistri, quibus infantiam filij & defensionem Galliarum Maximus commiserat, collecto exercitu apud Agrippinam conuenere. Sed onusti præda hostes, prouinciarum opima depopulati Rhenum transiere,

transire, pluribus suorum in Romano relicto solo ad repetendam depopulationem paratis; cum quibus congressus Romanis accommodus fuit, multis Francorum apud Carbonariam ferro peremptis. Cumque consultaretur de successu, an in Franciam transire deberent, Nanninus abnuuit, quia non imparatos & in locis suis indubie fortiores futuros sciebat. Quod cum Quintino & reliquis viris militaribus displicuisset, Nannino Mogontiacum reuerso, Quintinus cum exercitu circa Niuisium castellum Rhenum transgressus, secundis à fluuio castris casas habitatoribus vacuas atque ingentes vicis destitutos offendit. Franci enim simulato metu se in remotiores saltus receperant, concidibus per extrema siluarum procuratis. Itaque vniuersis domibus exultis, in quas saevitè soliditas ignava, victoriæ consummationem reponebat, noctem sollicitam milites sub armorum onere duxerant: ac primo diluculo Quintino proelii duce ingressi saltus in medium fere diem implicantes se erroribus viarum, toto peragati sunt: tandem cum ingentibus septis à solido clausa offensus, in palustres campos qui siluis iungebantur prorupere. Molientibus hostium rari apparuere, qui coniunctis arborum truncis vel concidibus superstantes velut è fastigiis turrium sagittas tormentorum ritu effudere, inlitas herbarum venenis, ut summæ cutis, neque lethalibus inflata locis vulnera haud dubie mortes sequerentur. Dehinc maiore multitudine hostium circumfusos exercitus in aperta camporum, quæ libera Franci reliquerant, auidè effusus est: ac primi equites voraginibus immergi permixtis hominum iumentorumque corporibus ruina iniuicem suorum oppressi sunt. Pedites etiam, quos nulla onera equorum calcauerant, implicati limo, ægrè explicantes gressum, rursus se qui paulo antè vix emergerant siluis trepidantes occulebant. Perturbatis ergo ordinibus caesa legiones. Heraclio Iouinianorum tribuno ac pænè omnibus qui militibus præerant extinctis, paucis effugium nox & latibula siluarum præstitere. Hæc Alexander, quibus egregie & luculente ingentem Romanorum cladem oculis subiicit, quæ quot legiones perdidit cum non sit adiectus, non pauciores tribus fuisse suspicari libet. Eo quod probabile non sit aduersus effertissimos hostes paruum exercitum flumen transiturum fuisse, maxime cum Nanninus vetus & prudens copiarum ductor, quem Nannienum vocat Marcellinus, periculosum transitum iudicasset. Maximam itaque hanc iacturam fuisse coniecto, & Variana clade fortasse non minorem, qua Francorum nomen non dubium est quin plurimum fuerit illustratum. Erat ea tempestate clarus apud Romanos Arbogastes Francus ob domesticam factionem & odium in Sunnonem & Marcomerem subregulos gentiles suos, patriæ desertor & oppugnator. Is, cum Franci sequenti anno rursus prædatum in Germaniam excurrissent, monuit Cæsarem ab ipsis pœnas tantæ iniuriæ exigendas, nisi vniuersa quæ superiore anno caesis legionibus (Sulpicij verbis loquor) diripuerant, confestim restituerent, auctoresque belli traderent, in quos violatæ pacis perfidia puniretur. Hinc igitur postea colloquio cursim cum Marcomere & Sunnone regis ducibus habito, impetratisque ex more obsidibus, ad hiemandum Terueros concessit. Et hæc quidem Arbogastes contra gentiles suos ciuili odio strennuè moliebatur, quibus tantum gloriæ, fideique inter Romanos est consecutus, ut Victore iam Maximi filio caeso, apud Valentinianum ad summum culmen honorum promotus, solus ferè omnium rerum domi forisque potiretur, nec quicquam esset vel ciuili vel militari negotij quod non ipsius nutu gubernaretur. Hic itaque Francorum, Alanorum, Alamanorum, ceterorumque qui apud Romanos stipendia faciebant, Germanorum viribus vnà & legionibus nixus, maiorem in modum Francorum irruptiones coercuit, vna opera aduersarios suos vltus, & apud Romanos totumque eorum exercitum illustre nomen & eximiam fidei virtutisque famam adeptus. Idem enim Sulpicius refert, ultra Rhenum in Francorum fines media hieme irruisse, & Bructerorum agros ripæ proximos & Ætiam pagum Chamauorum depopulatum esse. Fuit hoc perpetuè domesticum Germanorum virus, ut dum externis armis frangi superarique nequirent, ciuilibus suis ipsorum odiis vincerentur, alioqui satis virium habituri, ut iunctis copiis totum orbem subiugarent. Emit Marcus Germanos contra Germanos, emerunt alij, uti cum ex aliis, tum ex iis quæ modò diximus liquet; nihil ut mirari oporteat, si hodie quoque idem magno nationis detrimento, & insigni apud exteris infamia contingere videmus. Arbogastum hunc insignem virum & rara militiæ laude illustrem, adeoque humanis viribus inuictum fuisse Orosius

Romani Francos caedunt.

Romani à Francis vincuntur.

Arbogastes Francus, patriæ desertor & oppugnator apud Romanos celebris.

Germanis suis ipsorum ciuilibus odiis vinci frequens.

indica-



indicavit, dum eum certissimum indicem facit, ea quæ feliciter Theodosio successerāt sola diuinæ clementiæ gratia, non humanis consiliis, non mortalium armis contigisse: cuius verba satius erit vt apponam. Potentia, inquit, Dei, nō fiducia hominis victorem semper extitisse Theodosium Arbogastes iste præcipuum in vtroque documentum est; qui & tunc cum Theodosio paruit, tantis instructum præfidiis Maximum ipse minimus cepit; & nunc cum aduersus eundem Theodosium collectis Gallorum Francorumque viribus exundauit, nixus etiam præcipuo cultu idolorum, magna tamen facilitate succubuit. Hæc Orosius, Arbogastes igitur dum fortè pares aut superiores in Francia ferre non posset, quod domi consequi nequiuit apud Romanos consecutus videtur; vt nimirum ad summos honorum gradus adspiraret, & ipsum orbis imperium consilio manuq. sua moderaretur, mirabili quodam successu Theodosium in regio fastigio conseruans, Maximum deiiciens, pro Valentiniano imperium gerens, eundem mox regno vitæque exuens; & vt quiduis posse cerneretur, Eugenium ex scriba faciens Imperatorem, vt ipse videlicet sub aliena persona solus imperaret, quod sanè nūc erat assecutus, nisi Deus ipse immanem eius potentiam repressisset. Eugenio enim ad imperium euecto, Francos gentiles suos domuit, & inde Alpibus aduersus Theodosium occupatis & clausis, decem Gotorum millia occisione deleuit: mox ipsum Imperatorem in manibus compedibusque habiturus, nisi Arbitrio quem præmiserat, quiq. iam Theodosium concluderat, diuino instinctu ei fuisset adiumento quem venerat oppugnatum. Sed ne solius huius defectione victoria Theodosio contigisse videretur, Deus Arbogastem ventorum turbine sic obruit, vt quæ præsci de Gigantibus fabulantur, in hoc reuera contigisse cernamus. Rebus itaque desperatis, obstinatus animus, ne vel humanæ vel diuinæ potentia palmam victoriæ concederet, sese ipse corporis vinculis soluit; & adacto gladio, ne ab alio occideretur, se ipse occidit: vt non alius Arbogastem quàm ipse Arbogastes superare potuisse videretur. De hac portentosa Theodosij victoria Claudianus, quem paganū peruicacissimum Orosius vocat, hos versus inter ceteros reliquit:

*O nimium dilecte Deo, tibi militat ather,*

*Et coniurati veniunt ad classica venti.*

Quod si hic tantus vir, quem vt barbarum, ita animo, consilio, manū, audacia, potentiaque nimium Orosius dixit, Christianus fuisset, atque se fidum Theodosio præstitisset; quibus laudibus, quibus virtutum præconiis celebraretur? Proferant antiquiores vel Græci vel Romani quemquam omnino siue Ducem siue Cæsarem cui de paucis Orosij verbis non sit æquādus. Quid de summis laudatissimisque ducibus dicere possis, quod non hoc præconiorum compendio sit comprehensum, cuius testificatione probetur nimius fuisse in iis omnibus quæ ad res præclare & summa laude gerendas requiruntur? Alios animus, alios consilium, alios manus, alios audacia, alios potentia, alios omnia, alios horum vel duo vel tria vel plura destituerunt: huic vni hæc omnia ab aduersario etiam nimia fuisse dicuntur. Nunc itaque videmus, quales illa tempestate fuerint Franci, quales dederint duces Romanis, & quorum viribus fuerint intra limites suos repressi.

NEC illud hic otiosè aut oscitanter transeundum quod ex Sulpicio adduxi, Quintinum in Francorum regionem Niuisio transiisse, quod nunc *Rups* vulgò vocamus, atque inde secundis castris ad casas vacuas venisse, Francis in proximam siluam dilapsis, quam equidem eam esse mihi persuadeo quæ Duifbergo proxima est, ad quam locus *Wout* vocatus, & siluæ vtriusque alis comprehensus non solum paludes quibus Romani equites implicati, sed situm etiam refert qui descriptus est ab Alexandro. Legionibus ergo à Francis in silua sua Duifbergensi circa *Wout*, id est, palustria loca casas esse credo: qua de re luculentum existit indicium, longè Blondum ceterosque aberrasse, qui circa ea tempora Francos in ea regione quam nunc Franconiam vocamus, collocarunt. Et hæc quidem de Francorum rebus Theodosio imperante sufficiant, quibus patet factū, quid vel pro Romanis, vel contra eos gesserint. Honorio rem Romanam gubernante, ingenti clade Vandalos oppreserunt, viginti eorum millibus, in quibus Godegiselus rex, ferro absumptis, & tota gente ad internecionem vltimam delenda; nisi Alani, quos Respendial rex ducebat, in tempore subuenissent, vt Rhenus Profuturus Frigeridus apud Turonensem episcopum testatur: quod tum haud dubiè accidit, cum Vandali

à Stili-

*Arbogastis  
potentia &  
præclare ge-  
sta.*

*Arbitrio cum  
Theodosium  
oppugnatum  
venisset, ei  
fuit auxilio.*

*Arbogastis  
interitus.  
Theodosij de  
Arbogaste  
portentosa  
victoria.*

*Niuisium,  
Rups.*

*Wout.*

*Vandali à  
Francis casti-  
cum rege Go-  
degiselo.  
Respendial  
Alanorum  
rex.*

à Stilicone ad res turbadas euocati ex vltiore Germania per Francorum fines in Galliam contenderent. Vandali enim vltra Vistulam olim habitauerunt, Burgundionibus, qui pars altera erat Vandalorum, mari Germanico propinquiores; atque inde iter in Galliam per Cheruscos & Francorum fines inferius multo quam fuisset antea Burgundionum tenendum sibi putarunt. Franci verò, qui secundæ Germaniæ sibi spolia vindicabant, nullo sibi modo permittendum iudicarunt, vt alia gens eam per limites suos inuaderet aut occuparet. Quocirca armis sumptis, totam penè Vandalorum nationem deleuissent, nisi Alanorum subsidia celerrimè succurrissent; quibus illud quidem effectum, vt non omnis gens periret, verum hoc effici nequiuit, vt eam viam quam sibi in Galliam destinauerunt, tenerent: à qua repulsi, Alamaniam & cognatorum sibi Burgundionum terras petierunt, quo per eorum fines Rhenum trāsirent. Meminit huius Vandalorum in Franciam incursionis præter Frigeridum Procopius etiam; sed nimis breuiter & obscure, ne dicam ineptè, dum mox à Maotide Vandalos dicit in Francos irruisse; quasi nullæ gentes mediæ fuissent in tanto terrarum intervallo, quantū à Tanai ad Rhenū vsq. diuersæ nationes habitabant. Eodem adhuc Honorio imperante, Franci Romanorum stipendia facientes varia sub diuersis ducibus & tyrannis gesserunt, alij in Constantini, alij in Constantis filij, alij in Iouiani, alij aliorum castris militantes; & quātis in varias partes & cohortes gens esset distracta, possetque videri patria ipsorum & milite & colono penitus exhausta, tantum tamen domi adhuc virium restabat, vt dum Romani variis casibus exagitarentur, ipsi Treuerorum ciuitatem secundò occuparint, & direptam incenderint; ne rursus Romanis ducibus in ea sedem belli aduersus Francos habere integrum esset. Stilico interim Vandalis, Alanis, Alamaniis, Burgundionibus & aliis barbararum gentium auxiliis innumeris instructus Francos pellit, eo facilius, quòd insigni clade illa quam commemorauimus, Vandalos & Alanos contra se Franci irritassent, omnesque iam ipsorum viribus inuiderent. Quieti igitur tantisper dum Vandali in Hispaniam, Burgundiones in Sequanos & Aduos, & aliæ gentes in alias Romanorum prouincias irruissent, rursus expeditionē suscipiunt Rege Clodio ducente; cuius erat regni sedes Duifbergi in superiore Francia parte; cuius auspiciis secundam Germaniam sibi subiugant. Hunc Clodium alij Clogionem, alij Clodium nominant; & Pharamundi filium faciunt; quod si de communi consensu verum esse fateamur, consentaneum fuerit Sulpicij Alexandri scriptis, Pharamundo regnante Marcomerem & Sunnonem, quorum factione pulsus fuerit Arbogastes, Fracici regni administrationem habuisse; quos idcirco alius regales, alius subregulos, alius duces vocauit; vt ex Frigeridi & Alexandri fragmentis apud Turonensem reliquis colligere cuius licebit. Clodio igitur Rheno, Mota & Scalde superatis, Cameracum vsque & Sommam flumen imperij fines profert, Romanis præfidiis vel depulsis vel in societatem adscitis. Erant enim in Thungrorum & Neruiorum & Treuerorum agris iam olim præter veteres colonos Sicambri, Franci, Germanique alij cultores; quibus Romani ea conditione loca ea habitanda dederant, vt & agros colerent, & contra Transrhenanos tuerentur: qui cum diuersi essent gente, vno se nomine Arborichos vocarunt; eo quòd à Romanis harum regionum colendarum ius accepissent hæreditate perpetua ad posteros transiturum. Arf siue Erf hæreditas est, Bor agricola, à Bauwer concisum vocabulum; Rith regnum. Quicquid itaque Romani in secunda Germania agrorum Germanis colendum dedissent, & quantum adhuc præfidi colonis tenerent, vno nomine Arf-bor-rith nuncupatum; id est, regnum agricolarum hæreditarium: quoniam nimirum nullis vectigalibus obnoxium esset; ad id dumtaxat obligatum, vt quod hæreditario iure suum nunc haberent, id contra Francos Romani nominis hostes defenderent. In hoc tractu Thungri fuere bellicosissimi, Aduaticos & Eburones Cæsari notos nomine suo complexi, qui post ab eximia virtute militari Brabantos se vocarunt. Hi soli ferè Francis egregia laude resisterunt tantisper, dum vicinia tota occupata, fœdere sese suis cognatis coniunxerunt, communibus post viribus sua tutaturi. Primum itaque Neomagum in citeriore Walis ripa à Francis structum, cuius nomine noui cognati significantur, integra Germanorum voce *neu-magu* dicendi. De hac Arborichorum memoria Procopius audiendus, qui libro belli Gotici primo hæc habet verba: Rhodanus siquidē in mare Tyrrenum exit, & in Oceanū Rhenus immittit. Paludes præterea hisce in locis non pauca, vbi primitus

Burgundiones  
Vandalorum  
pars.

Fraci Romanorum  
stipendiarij.

Treuerorum  
ciuitas à Fracici  
occupata,  
& incensa.  
Stilico Francos  
pellit.

Clodius Clodio,  
Clodius siue Clogio  
Francorum  
rex.

Cameracum  
vsq. regnum  
promouent  
Franci.

Arborichi  
qui & vnde  
nomen accepit.  
Erf.  
Bor.  
Bauwer.  
Rith.

Brabantii.

Neomagum  
à Francis  
constructum.

Germani gens barbara habitabāt; nec regni tunc primū momenti viri qui Franci nunc vocitantur. His finitimi Arborichi accolæ erant; qui cū cetera Gallia atq. item Hispania iam pridem Romanis parebant. Post hos (intelligas Francos, quorum vicinos enumerat) in orientem Solem Thoringi barbari sunt, qui Cæsaris Augusti permissu sedes has tenuere, & ab his Burgundiones haud procul ad Notum ventum vergentes inhabitant. Sueui deinceps & Alemanni gens valida, liberi omnes, & iam diu ea incolunt loca. Temporis verò progressu Visigoti, vi in Romanum imperium facta, Hispanias omnes & Gallias ultra Rhodanum flumen suæ ditioni subactas vectigalesque redditas tenuere. Erant autem Arborichi Romanorum tunc milites, quos sibi Germani cū obedientes facere & subditos vellent, vt qui finitimi essent, & pristinos vitæ mores penitus immutassent, eorum agros assiduò populari, & hos copiis vniuersis inuadere. Arborichi verò cū & virtutem præ se & erga Romanos benevolentiam ferrent, viros fortes eo in bello se præstiterunt; cumque his vim inferre Germani non possent, societatem vt secum saltem inirent, & mutua inter se facerent connubia, precabantur, quas non inuiti conditiones Arborichi mox accepere. Erant namque vtrique Christianæ fidei sectatores. Sic itaque vnum hi coeundo in populum ad maximam potentiam euasere. Romanorum interea milites alij, qui in Galliæ finibus erant custodia gratia constituti, cū neq. Romanam iam redire possent, nec ad hostes, vt Arrianos, concedere, sese cum signis, & locū insuper quem pro Romanis seruarent, Arborichis Germanisque prodidere, ac mores suos continenter seruatos transmissere ad posteros; adeò vt vel ad hanc nostram ætatem eodem tenore & cultu pristinos seruare ritus non dedignentur. Descripto namque ex numero ad id fermè tempus hi demonstrantur, quo taxati antiquitus militabant: quandoquidem & suis productis nunc signis in aciem prodeunt, ac patriis vtuntur perpetuò legibus, Romanumque habitum, vt in ceteris aliis, ita & in focis nunc seruant. Hæc Procopius, interpretis ferè Christophori Personæ verbis; quando Græcum exemplar apud nos non extat: in quibus cū Arborichos proximos Francis facit ad occidentem ea parte qua Romanam prouinciam contingebant, clarum est & perspicuū, Thungros, Aduaticos, Taxandros, Ambiuaritos, Eburones inter primos & præcipuos Arborichos fuisse; quod qui negabit, is mihi alios ostendat Francis ab occidente propinquiores. Vexatos item hos à Francis perpetuò fuisse ex Iuliano docui, à quo in ipsa Taxandria victi narrantur. Iam & castrum Mosæ impositum à Francis occupatum in eadem regione expugnauit, vt cetera eodem spectantia omittantur; quorum quædam in iis quæ modò ex Panegyricis citauimus, sunt annotata, præsertim vbi Scaldis mentio facta; quo loco, Callidis, pro Scaldis, in excusis exemplaribus habetur: & quamuis eo loco Batauiæ etiam Panegyrista meminerit expurgatæ à Francis, postea tamen ea regio tota in Francorum ditionem concessit, multo antè quàm foedus quod Procopius describit, iceretur, vt perspicuum fit ex iis quæ de Castellis in Mosæ ripis contra Francos munitis Ammianus prodit. Pluribus hoc mihi docendum non videtur, propterea quòd ea quæ antè adducta sunt, satis demonstrant, totam Geldriam antè à Francis occupatam, quàm in Toxandriam aut ad Scaldim penetrarent. Qui igitur nunc Brabantii vocantur, præcipui Arborichi fuerunt; qui non solum Romanorū more signa ferebant, & suos in militares ordines distribuebant; sed se quoque à Braua banda, vt in Gigantomachia docui, nominarunt Brabantos, quorum hæcenus pars se Romana lingua vti fatetur. Certè non ad Procopij tantum ætatem, sed ad hanc nostram vsque apud Brabantos consuetudo durat, per classes ordinésve militares omnem multitudinem describendi: quorū signa dum quotannis recensentur, eandem habent cum Romanorū signis formam, eodemque modo gestantur. Verum vt intra urbem signis his hæcenus vtuntur, totamque ciuitatem militari more partiuntur; ita commodius visum est, vt in expeditione pro signis Romanis, Bandis vterentur; quas vel à Germanis maioribus suis, vel à Francis acceperunt: tum propter gestandi commodiorem vsum, tum quòd symbolum efficacius repræsentare viderentur, vt in Gigantomachia est ostensum. Eximiè profectò Procopij narratio veterem Brabantorum expressit consuetudinem; à qua quantum recessum externorum Principum iussu, tantum de prisca maiorum virtute diminutum. Sub hoc autem Arborichorum numero tota Leodiensis ditio & vicinia fuit cōprehensa, quam donationes episcopis factæ ab antiquo corpore distraxerunt. vocarunt autem id temporis saltus eius regionis

*Visigoti.*

*Arborichi Romanis militant.*

*Arborichi qui fuerint.*

*Brabantii præcipui Arborichi.*

*Brabantorum signa in animo multitudinis censu eiusdem cum Rom. signis militaribus forma.*

*Leodiensis ditio Arborichorum numero cōprehensa.*

regionis siluam Carbonariam, eo quod terra tota carbonibus constare videretur: per carbonem Gagaten siue lapidem bituminosum intelligentes, hac in re Germanicam phrasim secuti, qua bitumen lapideum *Colen* id est, carbonem vocamus. quæ res annotata non parum conducit ad historiam illius ætatis intelligendam, in qua inter cetera narratur, Francos à Quintino & Nannino in silua Carbonaria cæsos; à qua clade fortassis Francorum mons hæcenus nomen seruat, à fontibus ferratis toto orbe nunc nouissimis non magno interuallo remotus. His igitur sic explicatis, facile est coniectatu, quo tempore fœdus hoc inter Arborichos, Francos & Romanos milites ictum fuerit. Quis enim dubitat quin Vandalis & Alanis superiora Galliæ inuadentibus Franci proximis limites sollicitarint, & in tanta rerum perturbatione ad partes suas Arborichos trahendi occasionem minimè neglexerint; cum maiorem ne sperare quidem possent. Ad extremum ergo vitæ Honorij tempus Clodius Pharamundi, vt volunt, filius imperium ad summam vsque extendit, Arborichorum accessione iam redditum profus inuidit. Cum Honorio Constantius aliquantisper imperauit Placidia fororis maritus; cui mortuo filius Valentinianus successit; qui à Theodosio Arcadij filio Byzantij fuit educatus, & valido exercitu factus Occidentis Imperator, victo captoque Iohanne, qui mortuo Honorio purpuram sumpserat, quem alioqui virum bonum Valentinianus omnibus prius contumeliis vexatum occidit. Hoc Valentiniano mollem effeminatamque vitam ducente, Franci res suas egregiè confirmarunt. Mortuo interim Clodio succedit Meroueus, incertum filiusne patri, an cognatus, an alienus; à quo deinde reges dicti sunt Merouingi, id est, Meroueam generis auctorem habentes. Ado Vienne perperam Clodium ad tempora Gratiani & Theodosij refert, in hoc non minus errans, quam in eo quod primum Francorum regem statuerit Pharamundum. Cum Meroueo vario euentu pugnavit Aëtius à Valentiniano exercitui Gallicano præfectus, cuius virtute quidam produnt Francos coactos, eas quas in Gallia occupant terras, deferere; quod equidem sic intelligendum existimo, vt eos quidem è Gallia Belgica, at non è Germania secunda expulerit; & mox Hunnorum totius imperij excidium quingentis millibus armatorum molientium incurfione compulsum, vt Francos non solum in Belgica secunda confidere permiserit, sed in societatem etiam belli beneficiis consilioque vtrisque saluberrimo pertraxerit. Iornandes præscum historicum in huius belli descriptione laudat, qui à Theodosio iuniore ad Attilam legatus primum se dicit Tyssam, quem Ptolemæus ceterique Tibiscum vocant, inde Driccum, qua voce corrupta Tyram accipiendum credo, transisse; à quo deinde loco eo superato in quo Vidicula Gotorum fortissimus dolo Sarmatarum, quo nomine Hunnos, licet non rectè, vocat, occubuerit, Attilæ regiam venisse. Sed fatius est eius verba audire. Ingentia siquidem flumina, inquit, id est Tyssam Tybissamque & Driccum transeuntes venimus in locum illum vbi dudum Vidicula Gotorum fortissimus Sarmatarum dolo occubuit; indeque non longè ad vicum in quo rex Attila morabatur, accessimus. Vicum, inquam, ad instar ciuitatis amplissimæ, in quo lignea mœnia ex tabulis nitèribus fabricata reperimus, quarum compago ita solidum mentiebatur, vt vix ab intento posset iunctura tabularum comprehendi. Videres triclinia ambitu prolixiore distenta, porticusque in omni decore dispositas. Area verò curtis ingenti ambitu cingebatur, vt amplitudo ipsa regiam aulam ostenderet. Hæ sedes erant Attilæ regis Barbariam totam tenentis: hæ captis ciuitatibus habitacula præponebat. Ex his Prisci verbis barbaras sedes barbarè describentis perspicuum fit, Attilæ regiam fuisse inter Tyram & Axiacem, circa ea loca quæ vt nunc Podoliæ adscribuntur, ita olim videtur fuisse Bastarnarum Germanicæ gentis, hinc Dacis, hinc Peucinis vicinæ. Sed non iniucundum erit ea ex eodem scriptore discere quæ ad huius nobilissimi regis formam moresque spectant. Vir, inquit, in concussione gentis natus in mundo, terrarum omnium metus; qui nescio qua sorte terrebat cuncta, formidabili de se opinione vulgata: Erat namque superbus incessu, huc atque illuc circumferens oculos, vt elati potentia ipso quoque motu corporis appareret; bellorum quidem amator, sed ipse manu temperans, consilio validissimus, supplicanti bus exorabilis, propitius in fidem semel receptis; forma breuis, lato pectore, capite grandiore, minutis oculis, rarus barba, canis adspersus, simo naso, teter colore, originis suæ signa restituens. Neque hunc virum natura tantum ad magna & ingentia stimulabat, sed gladius etiam

*Carbonaria silua.**Colen.**Francorum mons.**Franci imperium suum ad summam vsque Clodio rege extendunt.**Meroueus Francorum rex, Merouingorum generis auctor. Aëtius cum Meroueo bellum gerit.**Attila regiam.**Attila Hunnorum rex qualis fuerit.*

*Attila gladius miraculo inuenitus.*

*Theodoricus Visigothorum rex.*

*Aëtij contra Attilam auxilia.*

*Sangibanus Alanorum rex Aurelianum Attila proditoris conficitur.*

*Francorum cum Gepidis cruentissima pugna.*

*Catalanico praelio interfuerunt Franci.*

*Catalani campi qui fuerint.*

*Visigottici regni sedes Tolosa.*

Marti facer, vt Priscus scribit, ad omnia tentanda reddebat audaciorem. Cùm pastor, inquit, quidam gregis vnam buculam conspiceret claudicantem, nec causam tanti vulneris inueniret, sollicitus vestigia cruoris insequitur, tandemque venit ad gladium, quem depascens herbas bucula incautè calcauerat, effossumque protinus ad Attilam defert. Hoc, quem Priscus describit, ense diuinitus sibi oblato fretus, totius orbis imperium animo concipere, & omnia aggredi quæ ad id opportuna arbitraretur. Incitatus igitur à Gizerico Wandalarum rege contra Theodoricum Visigothorum regem, primum altu victoriam quærere, hinc Romanis vt Gothos desererent, hinc Gothis vt à Romanis discederent sollicitatis. Verùm Valentinianus infidias subodoratus, Theodoricum in societate & fide retinuit, datis ad eum litteris quibus Hunnicam fraudem & callida machinamenta reuelaret, incitaretque ad communem totius orbis tyrannum opprimendum. Aëtius item Gallicanis rebus præfectus cum Francis & Burgundionibus fœdera conditionibus Romanæ rei non satis æquis percussit; quo contra tam immanem belluam omnia iam iam deuoraturam quauis via & ratione præsidia auxiliaque compararet. Vtrimque igitur maximæ copiarum contractæ, & Aëtio quidem Vesegotti siue Westgotti, Franci, Burgundiones, Alani, Saxones, aliarumque non pauca gentes suppetias ferebant: Attilam Ostrogotti, Gepidæ, innumeraque alia diuersarum nationum agmina sequebantur. Dum verò iam omnia per Germaniam latè populatus Attila in Galliam cædibus omnis & ætatis & sexus promiscuis sæuiret, & Remos & multas alias vrbes incendiis vastasset, Sangibanus Alanorum rex perterritus metu imminentium malorum Aurelianum Galliæ opidum, quod præsidio suo tenebat, Attilæ se proditurum pollicetur. Qua de re per fidos nuncios intellecta magnis itineribus Aëtius & Theodoricus Hunnum præuertunt. ante cuius aduentum Aurelianum occupant, & Sangibanum, quem suspectum proditoris habebant, diligenter obseruant, semperque medium statuunt inter auxiliarium copias; ne vel fugere, vel quicquam sæuius contra socios moliri posset. Aëtius hac re prosperè gesta, hosti Aurelianum è Remorum finibus iam ducenti obuiam ire pergit, & ante expectatum in campis Catalanicis siue Mauriciis occurrit. Percussus Attila partim inopino & celerrimo hostium aduentu, partim malo proditoris successu, exta consulit; quæ quamuis infauita Hunnis essent, summi tamen hostium ductoris mortem pollicebantur; quod Attila de Aëtio intelligens, sperabat, licet infelicitè pugnaret, post tamen tanto duce extincto, facillè sese quod moliebatur imperium consecuturum. Interea Franci ad Aëtium, & Gepidæ ad Attilam nocte non intermissa aut quieti data, ne suis in prælio deessent, properantes, per tenebras in sese mutuo inciderunt: vbi ex improviso congressi, tanta rabie conflixerunt, vt hinc inde cæcorum numerus ad nonaginta millia excreuerit. Videntur tamen Franci victoriam, licet cruentissimam, obtinuisse; & post etiam prælio Catalanico interfuisse; quod eo firmius credo, quod apud alios scriptum inueniam, Meroueum cum filio Childerico & Aëtio dextrum in acie cornu tenuisse. De Aureliano item non conuenit Iornandi Geticorum scriptori cum Turonensi episcopo; quæ tamen controuersia in quam partem sit terminanda, non admodum curo: hoc saltem de communi consensu liquet, post Remos excisos Attilam Aurelianum cogitasse, atque inde vrbs capiendæ spe deiectum in Catalanos campos se recepisse: qua de re perspicuum fit, hos campos non longè ab Aureliano distare, tametsi Blondus & nescio qui, alij circa Tolosam eos comminiscantur. Est hæc latissima, de qua agitur, camporum planities subiacet: quæ de re ipsa Campania post vocata luculentum dat indicium, non alibi Catalanos campos, qui centum leucarum longitudinem, septuaginta latitudinem habere scribuntur, esse quærendos. Nec illud quod Thorismundo post patris mortem Aëtius consuluit, vt ad suos quàm citissimè rediret, ne à fratribus regnum occuparetur, cum Tolosa quadrat; quæ tantum abest vt longè remota esset, vt præcipua semper fuerit Vesegottici regni sedes. Ammianus Marcellinus libro vicefimo septimo Iouinum Parisiis egressum contra Alemanos ad Catelaunos venisse scribit, atque ibi cum hoste feliciter pugnasse: quo cæso fugatoque per aperta camporum iter habuisse, ac mox intellecto, regem Alemanorum ab hastariis, quos tentoria direptum miserat, esse patibulo suffixum, Parisios rediisse. Quis hinc non apertè cernit longè terrarum à Tolosano agro Catelaunos esse remotos? quis non idem de iis quæ de Aureliano, licet diuersis modis, narratur,

narrantur, intelligat? quibus cum Chatelon ciuitas consentiat immensam camporum planitiem prospiciens, miror quarum rationum ductu & Blondus & ceteri Tolosano agro Catelaunos applicarint. In Campania igitur Gallia circa Chatelon ingens illud bellicosissimarum totius Europae nationum proelium commissum est: quo, quamuis Theodoricus Westgottorum rex cecidisset, Attila tamen se victum fatebatur; dum plaustris & sagittariis salutem suorum tueretur. Cecidisse in ea pugna dicuntur non minus centum octoginta millia; praeter nonaginta millia quos nocturnum Gepidarum & Francorum proelium extinxerat; & potuisset totus Attilae exercitus deleri, nisi Aetius Gotorum & Francorum potentiam, quam Hunnis excisis consecuturi videbantur, suspectam habuisset; eoque consuluisse liberum Attilae discessum e Gallia permittendum, qui magnas post dedit calamitates; quod numquam Thorismundo persuasisset, nisi suspicionem contra fratres eius callide excitasset, quasi ipso procul a finibus suis ad externum hostem persequendum distracto, illi regnum paternum occuparent: cui figmento locus non est, si in Tolosano agro cruentissimum hoc proelium commissum dicatur. Francis porro gemino conflictu, altero contra Gepidas, altero contra Attilam non paruum, ut credibile, suorum passis iacturam, minimè consultum fuisset, citra Vesegottorum Romanorumque opem contra tot diuersarum nationum agmina Martis aleam rursus subire. Rediere igitur ad ea Galliae loca quae primum armis, deinde pactione cum Aetio inita sibi vindicarunt: quibus nihil magis e votis, nihil magis faustum contingere potuit, quam Aetium virum & prudentia summa, & ad res gerendas singulari felicitate ab imperatore Valentiniano, ob Attilam dimissum & affectatae tyrannidis suspicionem, e medio tolli: quandoquidem is solus obex esset, ne Meroueus ulterius in Gallia regni sui limites promoueret. Hoc itaque sublato, & Hunnis ad Pannoniam & Italiae fines digressis, Francus Sommam transgressus, Senonas, Parisios, & Aurelianos conditioni suae adiecit. Burgundionibus interim & Vesegottis suas etiam partes in stabilendis augendisque regnis egregie obeuntibus; adeo, ut perparum Romanis ad Ligerim & Axonam fuerit relictum. Meroueo mortuo succedit filius Childericus, vir ille quidem cetera benignus & regis dotibus bene ornatus; sed ab hoc vno infamis, quod illustrium feminarum pudicitiam licentiosius tentaret, quo dedecore Francorum nobilitas irritata, magnisque odiis exardescens in regis caput coniurat; cuius rei ab amicissimo homine Widomaro Childericus certior factus, clam ad Thuringorum regem confugit, relicta dimidia parte aurei nummi, quem ad hoc confregerat, apud fidum hunc suum amicum; ut, si quando Franci proceres commiseratione regis exilij moti pacatores viderentur, eius indicio accerferetur. Eiecto Childerico, Franci legis Salicae, maiorumque dignitatis, nescio quo fato, profus obliti, Aegidium Romanae militiae apud Suessionas praefectum regem salutant: qui consilio instinctuque Widomari, qui se magna astutia in eius familiaritatem intimam insinuarat, non tributis modo Francos enervat; sed primores etiam aliquot occultis calumniis circumuentos capite plectit; quibus rebus effectum, ut externi regis Francos tædere coeperit, & praeter hac crudelitate leuia quae a Childerico perpeffi fuissent, aestimata. Huius igitur animorum conuersionis, missa aurei nummi parte, clam monitus Childericus redit, & pulso Aegidio in Suessiones, procerum amicorumque ope regno potitur: Ad quem non multo post Basina e Thuringia venit, regis, ut fertur, vxor, non ob aliam, ut praese ferebat, causam, quam quod Childericum marito suo praestantiorum virum esse sciret, hospitij experimētis videlicet edocta. Mirum ni Alcibiadem, quem Agis Lacedaemoniorum rex Athenis profugum domo sua benigne excepit, fuerit imitatus: cui & virtute militari, & formae praestantia, & flagitiorum similitudine non male potuerit comparari. Aiunt Basinam non ante concubitum admisisse quam faustum aliquod somnium Childericus vidisset, e quo polliceri sibi posset, eum se fortunae cocepturam qui strenuus vir euaderet, & coniugium claris rerum gestarum triumphis illustraret. Viso igitur in somnis leone Childericus, omine profus Herculano Clodoueam gignit: qui quantus euaserit, quamque late per totam Galliam regnum extenderit, omnium historiae scriptorum testimoniis clarum. Hic enim patre defuncto quinto regni sui anno Syagrium Aegidij filium vicit, qui ad Alaricum regem Tolosam confugit; a quo minis perterritus redditus, securi in carcere ceruicem subiecit. Decimo quinto regni sui anno Alemaniam votis Christo pie conceptis ingenti proelio

Attila in Campania Gallia ab Aetio victus.

Numerus occisorum in proelio Catalanico.

Franci Senonas, Parisios & Aurelianos regno suo adiciunt. Childerici Francorum regis indoles, & cur regno pulsus. Widomarus fidus Childerici amicus.

Aegidius Rom. a Franci rex saluatus.

Childericus in regnum restituitur. Basina Thuringorum regina cur Childericum secuta.

Clodoueam nascitur. Syagrius Aegidij filius a Clodoueo vicit. Aus & necatus.

*Franconia ad  
Mœnum ex-  
ordium.*

subiugauit; & quò in fide contineret, leges dedit, & præfidiis validis in meditullio eius collocatis, totius regionis imperium sibi reddidit securum, magna nobilitatis Alamani-  
cæ parte ad Ostrogothos seruitutis perpetuæ metu dilapsa. Hoc ergo primû fuit Fran-  
cici in Alemania ducatus, vt vocant, exordium, ex agris deuictorum hostium præfidiariis  
militibus sorte distributis, constitutû. Quod enim Paulus Æmilius de Sycambriis Fran-  
corum sociis impetitis ab Alemano belli causam duxit, id non modò nullis idoneis te-  
stibus nixum est, sed iis etiam quæ continuata antiquitatum Francicarum serie ex fide  
dignis auctoribus docui, profus aduersatur. Quos hîc Sycambros comminiscemur?  
quando illò terrarum traductos in quibus Alemaniæ finitimi essent, cùm perspicuum  
fecerim de primæ classis scriptoribus, multis antè seculis è vetustis suis sedibus ad Gal-  
liæ eos fines commigrasse, quibus secundæ Germaniæ nomen de colonorum origine  
Romani tribuerunt? Rhenanus Mœnum ea tempestate Alemanorum & Francorum  
in Germania limitem statuit; quod minimè consentaneum iis est quæ de Duisbergo li-  
mitanea Francorum arce ad fines Thoringorum Episcopus Turonensis prodidit, nec iis  
item qui Thoringiam inter Francos collocant & Alemanos. Inter Francos igitur &  
Mœnum Thoringi tum temporis fuerunt; ad quos Childericus rex, vt finitimos iam  
olim & amicos, confugisse narratur; contra quos postea grauissima bella à Francorum  
regibus gesta sunt, tantum abest vt Clodouæi ætate Franci ad Mœnum vsque habita-  
rint. Procopius apertissima errore hunc testificatione conuincit, dum post Francos  
Thingos; post hos iterum Burgundiones austrum versus, inde superius Sueuos & Ale-  
manos collocauit. Quamobrem à Clodouæo demum Franconiam conditam dico, & à

*Franconia à  
Clodouæo cõ-  
dita.*

posteris ipsius auctam; idq. tanto facilius, quòd Burgundiones inde digressi melioribus  
inhiantes, vacuum regionem Alemanis Sueuisque reliquissent; quam necdum satis aut  
cultam aut munitam Francus, subiugatis Alemanis, distribuendam suis putauit, quo  
perpetuum illic præsidium citra impensas hinc contra Alemanos, hinc contra Tho-  
ringos haberet. In ipso propè vmbilico huius regionis recens occupatæ fors agros quos-  
dam iis Francis adiudicauit qui ex Gelterlandia militiam erant secuti, in quibus opidû

*Geltersheim  
Franconia  
opidum.*

Geltersheim de nomine gentis conditum certo nobis est argumento, non tam nouum  
esse Geltrorum nomen quàm quidam opinati videntur. Verùm cùm in hac Alemaniæ  
parte plures essent coloni ex seruatibus hostibus glebæ addicti quàm Franci milites, non  
mirum est sermonem Alemanico euasisse propiorem, & eodem ferè tempore dum ad  
Latinas terminationes vocabula tum sua tum à Barbaris accepta accommodare nitun-  
tur, tantam exortam obscuritatem, & tantam mox librorum non intelligentium vi-  
tio corruptelam consecutam, vt plurima in lege Saliqua nec ab Alemanis nec à vetustæ  
Francorum linguæ peritis intelligantur. Nec tamen diffitendum, multas voces in de-  
suetudinem ab eo tempore abiuisse, & quasdam etiam Saxonicas acceptas veteribus  
attulisse obliuionem. Videmus enim apud Francos Romanisantes non paucas esse nec  
nobis nec Romanis intellectas, quas tamen verisimile est à Francis vetustis esse derua-  
tas. *Forfts* violentiam esse quiuis apud nos intelligit, at *Perfortia* vocabulum est ita de-  
formatum, vt nec Latinum sit nec Germanicum. Nos diceremus *Dorfors* non *Perfor-*

*Forfts.*

*Morgengiba  
quid & unde  
dicatur.*

*tia*, in quo prior pars compositionis & terminationis forma Latina est. Morgengiba ad  
Latinam terminationem deductum ex *Morgen-geben* legitur apud Gregorium Turq-  
nensem pro dono matutino, quod à dote diuersum facit; pro qua tamen Lazius inter-  
pretatur, in hoc vt in multis aliis Francicis vocabulis aberrans. Nos quamuis rectius ea  
reddere possimus, nolimus tamen immorari, eo quòd à vernacula antiquæ linguæ pu-  
ritate plurimum declinarint, ea quàm modò indicaui ratione. Beatus Rhenanus versus  
adducit è prologo in codicem Euangeliorum in Theodiscam linguam translatum, &  
asseruatum Frisingæ siue Fruxini in Vindellicis: Verùm hi post facti sunt quàm Franci  
linguam suam Alemanica Sueuicaque corrupissent, multaque ad Latini sermonis ri-  
tum accommodassent: quod liquet mox ex titulo; in quo pro *Thoutse* dicitur *Theodi-*  
*sca*, & in vno versu pro *Frensche Frénkisga*, & pro *Im Imo*, & ita ad alià etiam voca-  
bula vocalibus in fine adiectis. Sed qui volet, hac de re Rhenanum aut Lazium consu-  
lar; apud quos vt versu fragmenta extant, ita nihil est sani de lingua Francica necdum  
in Alemanicam degenerante annotatû. Quamobrem opera nullum pretium video, si  
hîc mi præstitero curiosum: id potius faciendû mihi ceseo, vt quædam prisca Francorû  
regum

*Theodisca lin-  
gua.*

regum nomina examinē, & quoad eius corruptela tum quo longissimo, tū transcribentiū incuria in sermonē inuecta permittet, ad origines suas reducā. De Gaisō & Ascarico paullo antē cōiecturas meas indicauī; Mallobaudes, quem Marcellinus regē celebrauit, nomē habet à Mallo, de quo modò dictū, ita ut nō alius ea voce denotetur, quā is qui cōseruator est & salus ipsius cōiuij, in quo fieri solēt de rebus grauissimis cōsultationes. Merobaudes autem dicitur qui mare conseruat. Mer enim mare est, vnde Mer-behaud/ sicut Mal-behaud: Frigeridus à Frigerid/ id est, à libero equitatu nomen duxit. Genebaldus siue Genobaudes Theutonicē vocabitur Gent-behaud siue Gent-behald/ quo notatur elegantiae conseruator. Gent enim elegans dicitur, à Ge-ent/ quo id significatur quod ad finem suum est deductum. Ad deriuationis ergo rationem Gent illud dicitur quod omnibus numeris est absolutum. Dagobertus Dagen-weert, id est, dignus qui ad multorū dierum spatia vitæ tempus extendat, vel is qui dignus est qui cum ipso die comparatur: quòd si Degenbertus dicatur à Degen-weert, is erit qui dignus est omnibus vt modis sumat incrementa, quod Degen nobis vocatur. Hinc gladium Degen vocamus, quòd eius ope res suas Franci augere consueuerint. A Deg etiam, quod & corporis & animi promotionem ad meliora significat, fit Degelit, id significans quod Latinus præstans & magnificum, & ad maiora semper contendens, vocaret. Deg item vt aduerbium vsurpatur cum articulo, Te dege/ id est, insigniter & multum; à quo si Degebertus dicatur, is erit qui plurimi est æstimandus & summo loco habendus; quia sic Wert etiam capi cōsueuit. Corochus, è quo Crocum fecerunt, à Cor-hoch/ id est, ab electionis sublimitate nominari videtur; nisi vox aliquam cladem, quam ignorem, est perpeffa. Is ergo non malè ita nominabitur qui electione in altum conscendit, & electionis causas semper auget. Pharamundus à Pharam-mund factum, quo verum os designatur. At si sit Pharamundus pro Fer-mund, erit qui Latinis pulchri oris decorique diceretur. Sin à Phar/ quo metus notatur, deriuaretur, Pharamundus terribile os habuisse notaretur. Videte quantam significationis diuersitatem vnus litteræ immutatio inducat. Quid, quòd Phar taurum etiam notet? à quo significato si duceretur, nomen torum os indicaret. Iam & in vsu est Phar pro Phar, quo pater vocatur, à quo paterni oris homo Pharamundus diceretur. V autem in F aut Ph trāsire vulgatius est quā vt sit monendū. Ego in Pharamundo acquiesco, vt alibi à me traditum reminiscor, & id quidem tanto libentius, quòd nihil magis virū deceat, quā nusquam vllò tempore os à veritate declinare; quæ licet omnibus sit diligenter conseruanda, in nemine tamen turpius, fœdius, & execrabilius est mendacium quā in eo qui ceteros ductu suo dirigere debet. Hinc fit vt inter generosos nulla iniuria maior censeatur, quā si quis quempiam mentiri dicat; quia non multum referat patriam ne quis prodat, an prodat veritatem. Qui enim hanc violat, totius humanæ societatis violat asylum; quo profanato, nec Deo suus cultus, nec suum cuique hominum ius consistere potest. Nobis in prouerbio est, non posse mendacem monstrari vt non vnà fur quòque monstratur. Quid enim vereri potest, quid turpe iudicare desertor veritatis, in qua sola fides omnis vnicum totius humanæ coniunctionis vinculum, tamquam in basi suā consistit? Custodienda igitur omnibus modis veritas, cum ab aliis, tum maximè ab eo cuius partes sunt Remp. sartam tectam seruare. Scio à Romanis Francorum perfidiam accusari, & à Saluiano etiam episcopo Massiliensi traduci: verum id non tam gentis moribus & ingenio tribuendum censeo, quā contagioni qua infecti sunt à Latinis: partim cum in eorum aula versarentur frequentes, partim cum in limitibus de vicinia discerent quā nihil eorum Romani seruandum putarent quod barbaris polliciti fuissent. Quā verò calumniarum & periuriorum pestis in aula Imperatorum late grassaretur, quāuis non aliis infinitis exemplis clarum esset, attamen ex iis liqueret quæ Ammianus de insidiis Siluano apud Constantium structis scribit. Quamobrem Romani se ipsos potius quā Francos perfidiæ accusent, quando plurimis argumentis docere possem, nihil Romanis sollempnius fuisse quā exteris nationes quauis ratione fallere; idque aded ab ipso Iulio Cæsare tam palam factum fuisse, vt ius gētium à se violatum contra Germanos non veritus sit suis ipsius scriptis celebrare. Sed missa hæc fiant. Non multo certè minus Pharamundi nomen momenti habet, & ad cuiusuis & ad regis instructionem, quā vel Corochi Allemanorum regis, vel Degeberti. Non infitias eo, Corochi nomen generatim admonere, vt in omnibus iis annitatur altio-

Mallobaudis  
etymon.

Merobaudis  
nomenclatura  
ratio.

Mer.  
Frigeridus.  
Genebaldi  
nominis  
ratio.  
Gent.  
Dagoberti  
etymon.

Degen.

Deg.

Degetit.

Corochi siue  
Crocii notatio

Pharamundi  
etymon.

Phar.

Veritatem  
conseruare  
Principem  
necessum est.

Francis per-  
fidia quā  
verè & qua  
ratione tri-  
buatur.



res euadere, ob quæ homines maximè idonei censentur, vt prudentum hominum suffragiis ad magistratum gerendum eligantur; & Degebertum omnium virtutum augendarum nomine suo moneri, quo indies dignior euadat vt plurimi fiat; verùm horum omnium veritas primum est fundamentum, quo subuerso cetera, quamuis magnifica, collabuntur. Quamobrem pro certissimo tenemus, Pharamundum siue Faramundum ab ore veraci nomenclaturam habere, quandoquidem sciamus & duplex nostrum digamma in F facile transire, & optimi ominis nomina Francis maximè placuisse. Quo tamen vel morosissimis ingeniis satisfiat, addam & alterum nomen à voce *War* derivatum, quod Turonensis episcopus ad eandem formam Latinum fecit, Faraulfum ex *Warehulf* concinnans. Ceterum quia *War* non solum veritatem significat, sed omnem etiam custodiam, fit vt *War-hulfum* vel veritatis vel custodiæ auxiliatorem liceat interpretari. Prisci illi Romani Cimmericorum posterius duplex *w* in simplex mutarunt, dum ab eo Verum in vsu loquendi seruarent, vocali prima longa in secundam longam mutata, vt nostri faciunt Zelandi. Neque ab illis vocem ad nos venisse & nominis ratio & peculiaris sermoni nostro vocum reciproca conuersio demonstrat. Dum primi parètes mendaciorum patris ductu contra veritatem irent, in pœnitentiam mox inciderunt; quæ versis litteris, vt sit *Waw*, denotatur; in quam vt mox à veritate deserta sunt collapsi, ita per eam consecuti sunt, vt per pœnitentiam rursus ad veritatem retrogrado ordine diuina cõmiseratione via aperiretur. Sed hæc ad diuina nomina spectant, in quibus eorum mysteria, si veritas nos custodiat, exponentur. Insigne profectò Faraulfi nomen, & faustam votorum offerens nuncupationem; quam non homini modò, sed ipsi etiam numini conuenientissimè applicaris, quod opem veritati & custodiæ cum corporis tum animi vt ferat, feruentissimis precibus orandum. Sicut igitur Faraulfus ex *Warehulf*, ita ex *War-mond* Faramondus.

*Faraulphi*  
nomenclaturæ  
ratio.

*War*,  
*Waw*.

*Clodius*.

**CLODIUS**, nisi Romanum nomen sit pro Claudius, nullam habet significationem: nec mirum esset à Romanis Francum hunc nomen sortitum fuisse, non magis sanè quàm Syluanum qui purpuram imperatoriam sumpsit. Mihi alia suspicio iam olim mentem occupauit, litteram primam nimirum hinc perperam adiectam fuisse, non secus atque in Clotario, Clodoueo, Chilperico, Clodomiro, & similibus, si quæ reperiantur. Quid me ita vt sentiam commouerit, ostendam. Franci vt in loquendo, ita & in scribendo breuitatis perinde atque ceteri Cimmerici perquam studiosi perpetuò fuerunt. Pro eo igitur quod esset integrum *Coninck Lautarius* siue Lotarius, id est, Rex Lautarius, scripserunt *C. Lotarius*, è qua succisa notatione effectum, vt Germanicæ & linguæ & consuetudinis imperiti proprium regis nomen non Lotarium, sed Clotarium pronunciarint; cum si Latinæ formæ *Coninck Lautar* applicare voluissent, Rex Lautarius fuisset dicendum. Hoc autem post tot sæcula recens à me inuentum, de veritatis fonte, non de commentorum coniecturarum officina deriuari æquo iudici non difficile fuerit probare. In primis *Lautar* perspicuam Germanis habet notationem, vt exempli gratia dum dicimus, *Lautar gaut*, purum putumque aurum intelligimus; *Clautar* verò quid sit, nemo explicabit. Iam *Lautar* in propriis virorum nominibus apud Francos fuisse vel ex solo Agathio liquebit; qui tamen non minus quàm ceteri, dum regem Lautarium Clotarium vocat, aberrauit. Hic enim de ducibus à Theodoberto ad Italiam diripiendam destinatis agens, Leutharis non semel facit mentionem; quem ob Italiam miserè despoliatam vexatamque scribit in dementiam diuina ultione cecidisse. Nec obstat mihi, quòd Leuthares non Lauthares apud eum legatur, cum & apud nos ab aliis *Leuthar* / ab aliis *Lautar* / ab aliis *Loutar* efferi audiamus. Sunt etiam qui *Lauter* / sunt qui *Luter* sonent, pro dialectorum varietate mutata & scriptura & pronunciatione. Est in Franconia *Lauter* riuus in Salam fluens. Rhenanus quem Clotarium alij, Luitharium appellat. Sigebertus Gemblacensis eundem Lotharium vocat. Sed quid multis? Nonne luce clarius est, Lotharingiam non Clotaringiam dici? quæ regio à Lothario nomen adepta omnes eos erroris manifestissimi condemnat, qui Clotarium vel scribunt vel nominant. Nec fuit hæc nomenclatura apud Francos tantum, sed pluribus antè sæculis apud Gallos etiam sollempnis, si T. Liuius & Cæsari fides adhibenda: quorum hic Luterium Cadurcum obstinatissimum Romani nominis hostem celebrat; ille Luterium vnus vocalis mutatione ducem facit eorum Gallorum qui primi Asiam intrarunt,

*Clotarius idè*  
quod *Coninck*  
*Lotarius*.

*Lautar*.

& tota

tota Asia & Syria reddita vectigali, Galatiam de nomine suo condiderunt. Num quis igitur adhuc dubitabit, Lautarium, non Clautarium dicendum regem Francorum, & litteram C ad nomen nihil omnino pertinere? Eadem labes aspersa est Hilderici nomenclaturæ, quem Heldericum vel Hildericum dicendum esse & ratio vocis & Iornandes testabitur, apud quem quintus Vandalorum rex Hilderich, non Childerich scribitur, & pater Geberichi regis Gotorum Helderich nominatur. Nec alia de causa in Hilperici nomine peccatum, quem Hilpericum, non Chilpericum idem auctor vocavit, regem eum dicens Burgundionum. Sigebertus in nomine quinti Vandalorum regis prorsus eum Iornande consentit; nec in hoc rege dissentit Procopius, nisi quod aspirationem in vocis principio neglexerit. Quamobrem & Hildebertus, non Childebertus, dicendus; tametsi in hoc, ut Clotario, Procopius aberrarit. Iornandes eum quem Clodoneum plerique vocant, Lodoin dixit; nisi fortasse Lodouic, quod omnino existimo, sit legendum. Cassiodorus eadem ætate Theodorico Gothorum regi ab epistolis Luduichum vocavit, litteras ad eum heri sui nomine scribens, quibus Alemanis post Tolbiacense prælium ad se profugis veniam commiserationemque Theodoricus impetrare conatur. Paullus Æmilius animaduertens Clodouæum ab aliis, ab aliis Ludouichum vocari, gemini nominis hanc rationem dedit, de suone an alterius commento, non quæro: Clodouæum antè vocatum quàm sacro religionis Christianæ fonte ablueretur, post Ludouichi nomen accepisse: quod nec vocis origo permittit, nec veteribus conuenire videmus; qui Clodouæum iuxta post baptismum atque ante nominarunt, minimè id facturi, si beatus Remigius nomenclaturam immutasset, nisi oscitanter & supinè id in tanto rege negligerent quod præcipuè oportuisset annotatum; à qua suspitione tam longè abesse debent, quàm non diligentes modò, sed propè dixerim superstitiosi fuerunt in iis conquirendis quæ vel minima tenus parte facere viderentur ad religionis nostræ venerationem. Proferat Æmilius aliquem diuorum numero adscriptum, cuius nomen ante hunc Ludouicum tam clarum fuerit inter Christianos, ut illud maximo regi imponendum videretur, abiecto eo quo antè fuisset vocatus; vel si id non possit, hoc saltem dicat, cur potius Ludouici quàm Clodouæi nomen Remigio arriserit. Profectò nugas vendidit & verba dedit, dum hoc suum commentum lectori obiecit, magis laudandus si hanc difficultatem perinde atque ceteri dissimulauisset, aut cum Horatio dixisset, non esse fas scire omnia, quod mihi frequentius quàm velim & cogitandum & fatendum; cum infinito plura omnibus in rebus ignoremus quàm vlla ingenij vis vel assecuta sit vel assequi possit. Coniecturas non repudio, sed eas quæ se veri aliqua similitudine tuentur, nec auctorum vel testimoniis vel consuetudini repugnant. Cæsar Litanicum videtur nominasse quem integrè Luitevicum diceremus; qua in voce pro diphthongo ui, solam posteriorem posuit vocalem, quòd integra complexione soni Latini carerent.

UT ergo prius hoc nomen quàm cetera explicemus, Luit-wit prima erit vocis origo, qua notatur populi refugium. Wit vocali producta, propria & prima notatione locus vocandus ad quem ut tuti simus refugere solemus. Hinc Wit in mari recessus dicitur in quo naues se à tempestatibus tuentur: qua de re in Danorum vico, quem Danf-wit vocamus, latius egi. Hinc & pars ciuitatis ad quam cuique in periculis est confugiendum, quæ vox Latinis vici nomen dedit. Nam & pagi, qui potiore ratione vici dicuntur, hac de causa constituti sunt, ut coniuncti multarum domorum inter se propinquarum habitatores omnè vim facilius, quàm si pauci aut soli essent, propulsarent. Et hoc quidem de Wit/ nunc de altera parte. Luit siue Luide & Luiden, quæ voces sine discrimine notationis in vsum veniunt, nihil aliud quàm populus est. Luit-wit igitur, siue Luide-wit is dicitur qui populo securitatem præstat, cuius nominis vim Cicero his verbis expressit, lib. de officiis altero: Regum, populorum, nationum portus erat & refugium Senatus. Bone Mercuri, quàm recta via diuinum Ciceronis ingenium ad eandem sententiã duxisti, quã maiores nostri nomine Luidouici succinctissimè more suo indicarunt. Quem enim Luide-wit nuncuparunt, eum optabant talè euadere, ut populo portus esset atq. singulare præsidium securitatis. Aptissimè merchercule nomen quod regibus detur, quorum illud primum studium esse debet, ut populos æquitate & armis defendant, illudque perpetuò demonstrant, nihil sibi prius esse quàm ut populorum refugium & bonorum patrocini-

Hildericus,  
non Childerichus  
dicendū.

Hilpericus nō  
Chilpericus  
Burgundionū  
rex.

Hildebertus  
quintus Van-  
dalarum rex.

Clodouæus ab  
aliis Lodoin,  
Lodouic, &  
Ludouichus  
appellatus.

Litanicum.

Ludouici no-  
menclaturā,  
Wit.

Luit.

patroci-

patrocinium meritò dici possint, qua laude vt proximè Deo opt. max. accedunt, ita haud scio an maior queat excogitari. Beatus Rhenanus *Wich* strenuum notare scribit, qua nescio lingua, certè non noltrati; & inde Luidewichum esse præstantissimum populi, siue populi valentem: sed cum antiquæ Francorum linguæ sit ignarus, frustra originès somniat. Nec multo meliùs Auentinus Luideuicum populi viam facit, à *Wit* quo viam vult notari, cum tamen pro via Allemani *Waeg*, Germani *Weg* dicat. Conferant qui volent hæc figmenta cum meâ interpretatione, & deprehendent, ni fallor, quantum & à Germanico sermone, & à veritate discedant. Vera itaque huius nominis scriptura est *Luide-wit* citra aspirationem, siue *Luit-wit* / è quo Litauicus Cafari, aliis Ludouicus, Abbati *Vrspergeni* rectissimè Ludeuicus euasit. Quisquis ergo hoc nomine appellatur, ad hoc contendat, vt populus ab aduersis refugium sibi ad ipsum intelligat patere. O faustam nomenclaturam, & verè regiam, & dignam qua primus Francorum rex Christianus vocaretur! Qui ergo factum vt Clodoueus vocaretur? non ab alia re quàm ab imperitia eorum qui ex Clodouico vnicum vocabulum fecerunt, cum *C* præfixum *Coninc* id est, regem notet, quem titulum nomini proprio præponere solemus. Eodem prorsus modo ex *Lautar*, *Clautar*, & mutata diphthongo in *o* longum, *Clotar* existit, cum hæc notatio *C Lautar* regem Lautarium designet: in qua si litteræ integram vocem denotanti punctulum postpositum fuisset, fortassis in eum errorem incidissent pauciores. *Lautar* ergo citra aspirationem, quam perperam *Agathius* adiecit, scribendum, eum significat qui tam purus homo est quàm aurum obryzum puram habet ab omni mistione naturam. Quem igitur purum hominem maiores nostri vocarunt? Eum nempe qui Germanicum hominis nomen maximè inter mortales meretur.

*C* præfixum propriis regum Francorum nominibus idem valet quod *Coninc* / id est, Rex. *Lotarij* etymon.

*Mensch*.

*Men*.  
*Sich*.

Hominis Cimbrica nomenclatura ratio. Liberum hominis arbitrium.

*Mensch* nobis idem est quod Latinis homo, cuius nominis ratio ex duabus vocibus pender, altera *Men* altera *Sich*: quarum illa idem signat quod Romanis duco, vel ago; vnde *Minare* à vetustis Cimmericis apud Latinos relictum: hæc vim reciprocandi habet quam per sese quarto casu redderet Latinus. *Mensch* ergo, & concisè *Mensch* / animal est seipsum agens atque ducens; qua notatione, vt breuissima, ita latissime patente in sapientiæ studio & omni de officio quæstione mox exclusam videmus ignauam fati rationem, vt sic cum Cicerone *ἀργὸν λόγον* philosophorum vocemus, quam è vetere secta, iam olim à præstantissimis ingeniis condemnata, quidam Christiani reuocare magna impudentia moluntur. Cernas hinc quantum in minima vocula sit momenti ad hominis vitam veris rationibus instruendam; quæ simulac vocari nos audimus, mox in animum subit, omnia quæ ad bene beatèque viuendum spectant, in hominis esse potestate; quam integram seruassemus, nisi primi parentis culpa eam perdidissemus libertatem, quæ ad summum felicitatis apicem accessus patebat. Sed hæc altiora sunt & plus negotij complexa quàm vt hinc sint persequenda. Satis esto hoc nos de Germanica hominis nomenclatura didicisse, eum verum purumque hominem esse, qui seipse totum ducit. Hanc vim cum labefactatam in homine philosophi animaduertissent, viderentque ad hanc integritatem plurimum desiderari, quam tamen intelligerent ad animi puritatem esse necessariam, in varias opiniones sunt distracti, dum causam inuestigant tantæ perfectionis amissæ. Socrates alas nos perdidisse fingit immodico terrenorum mortalisque corporis amore, qui corpori nos velut carceri incluserit; at vnde hic primam duxerit originem, perspicere nequiuit. Eò tamen cognitionis videtur peruenisse, vt ad maiorem mortaliū animus sponte sua adspirare non possit. Solus *CHRISTVS* nobis aperuit qua iactura perdidimus tantum libertatis, vt viribus nostris ad sinceram mentis puritatem & summum bonorum peruenire nequeamus. Solus igitur *CHRISTVS* post *Adæ* lapsum purus homo fuit, & solus meritis Germanicam hominis appellationem; ceteris omnibus longissimè ab hac integritate delapsis. Est tamen quodam prodire tenus in hominis potestate, & quamuis compos non sit per se vltimi finis, est tamen dominus actionum suarum, quoad eius humana ratio perducit. Qui ergo se perturbationibus animi non permittit, sed earum impetum viriliter retundens, se ipse quò recta ratio monstrat deducit, is purus homo, quoad spontis suæ est, dicitur, exclusa ea sinceritate quam sola diuina potestas gratis largitur. Quamobrem qui *Lautarius* à maioribus nostris vocatus est, ei nomen ipsum ominabatur & optabat vt ad hanc adspiraret puritatem quam Teutonica hominis appellatio designat. Regium sanè nomen.

nomen. Nam qui alios bene reget, ei opus est, ut prius seipse quam ceteros regat & recta ratione ducat: quod dum faciet, dignus erit ut *Lauter mensch* vocetur, perinde atque *Lauter gout* obryzum aurum dici consuevit. A *Mensch* Latini Mentis nomen acceperunt, quæ pars animi est cuius solius ductu humanæ actiones regendæ. Hæc demum ea est onomantia quam Magi quæsiuerunt: cuius utilitas quanta sit vel ex hoc vno exemplo, tamquam ex vngue leonem, coniectes; cernasque quam sinistra, quam sint præpostera, quam iniqua, quam barbarie omni barbariora eorum iudicia qui hanc vocum ad natales suos vocandarum rationem derident, contemnunt, atque conuiciis proscindunt. Nos illorum vesaniam abominati, & Magorū vestigia secuti, semper anhitamur ad veritatem è tenebris eruendam præscarum vocum origines, velut Mercuriales quasdam manus, diligenter quò iter monstrant considerando. Ex Lautario itaque non secus Lotarius euasit atq. ex aula Euclionis, olla: cui C littera, regem Teutonibus indicans, præmissa Clotarium fecit. Miror cur non perinde de Lotario & Clotario atq. Ludouico & Clodoueo Æmilius discriminis causas quæsiuerit: at video, non licuit ad baptismum iuxta in illo ac in hoc diuersitatis rationem vocare, quod miror apud eum non effecisse quò minùs figmentum placeret. Fateor equidem in hac nomenclatura explicanda paullò me fuisse quam stomachi quorundam ferent, prolixior; at non prolixior tamen fui quam rei significatæ & natura, & faustum omen, & antiquitas postularet. Neque enim ea solis Francis, sed vetustissimis etiam & nobilissimis Gallorum placuit in regia sobole nuncupanda, ut modò ex Cæsare & Liuiio historicorum omnium clarissimis apertum reddidi; qua in re luculentum est testimonium non eius modò quòd hic ago, sed illius etiam, Gallorum veterum & Francorū eandem linguam fuisse: quòd obiter hîc annotatum, alibi latiùs ostendam.

Onomantiâ.

Hilpericus, ex quo Chilpericus eodem errore, hominem designat auxiliorum diuitem. *Help* / *Hilp* & *Hulp* auxilium notat, vocalis mutationem dialectorum varietate afferente. Nemo mortalium est, sit licet Hippias omnium artium & liberalium & mechanicarum peritus, cui auxiliis non multis opus sit: atqui nullus est tam miser & inops cui plura sint necessaria adiumenta quam regi: quoniam non sibi soli, sed omnibus subditis plus quam paterna diligentia debet prouidere, ac procurare quæ ipsorum saluti possint conuenire. Faustum igitur & hoc nomen, perpetuum ipsi qui eo nuncupatur documentum, auxilia vndique, quæ muneri suo vel publico vel priuato conducere quouis modo putabit, comparanda.

Hilperici etymon.  
*Help*  
*Hilp*  
*Hulp*.

Hildebertus verò, è quo Childebertū factum videmus, idem est ac si dicas, dignum strenuis & insignibus viris. *Hilt* siue *Helt* eum notat qui rebus egregiè gestis excellit, quem Heroëm licet vocare. Tales autem socios habere, si quem decet, in primis decet regem; quò ipsorum opera & in pace & in bello feliciter ad publicam suorum salutem vti possit. Magnus ille rex tot sibi Sopyros exoptabat, quot ingens malum punicum grana contineret. Qui se Hildebertum vocari audit, hoc sibi putet à nominis auctoribus dici, ut se dignum præstet eorum amicitia & conuictu, qui ceteris mortalibus eximia laude præstant; quòd non fiet, nisi & ipse virtutes omnes diligenter colat, & virtute præditos beneficiis & honoribus extollat.

Hildeberti nominis ratio.  
*Hilt*  
*Helt*.

Clodomiri nomenclatura similiter ex Lodomiro, malè ipsius C litteræ notationem intelligentium culpa conficta, rectè & origini suæ accommodatè *Luide-meer* scriberetur: quando iuxta eandem vocum corrupendarum formulam ex Luideuico factus est Ludouicus. Quòd si ita est, Onomantopæus eum quem sic nominabat, cupiebat tam felici successu populo præesse, ut eum perpetuò augetet vel multa sobole, vel nouæ gentis accessione, vel magna rerum copia. *Meer* enim apud nos, plus, significat; & amplius facio, siue, augeo: cuius diphthongo siue gemino litteræ tempore Allemani addunt adspirationem, quò magis more suo spirent, quam aptè, ipsi viderint. *Luide-meer* itaque populi promotor dicetur & gentis ampliatio: cuius significationis votum & omen tam latè sese distendit, quam multis modis populus capit augmentum. Luidemeerum alij Lodomirum, alij Luitomarum, alij Litomarum vocant; quo nomine Sunonis filium produnt, & item Bulgarorum Arnulpho imperante regem. Ex *Meer* etiam Richomerem apud Marcellinum legimus, quo regni ampliatio designatur: qua voce Latini sermonis imperiti Augustum possent interpretari, dum dicunt *Vermeerder des riches* pro

Clodomiri &amp; rectius Lodomiri nomenclatura.

*Meer*.Luidemeerum alius Lodomirus, Luitomarus aut Litomarus vocatus.  
Richomeres,  
Augu-

*Marcomirus.* Augusto. Ab eadem vocula *Mer* fit Marcomirus, Teutonice dicens *Mare-meer* pro finium ampliatio: eo quod *Mare* inter alia limitem signet, ut in Marca Tarvisana, Anconitana, aliisque. Nulla profecto nomina Francorum votis priscisque institutis inuenias quam haec tria conuenientiora: propterea quod & populi, & regni, & finium ampliatio, & perpetuus auctus ad eum proprie spectat qui se Francum, id est, late palmites suos extendentem profiteretur. Minimè itaque audiendus Beatus Rhenanus, qui *Mer* pro *Mair*/quo praefectus opidorum & vicorum notatur, positum scribit, idque facit in explicando nomine Merouei; quem cum Merwichum Germanice vult vocari, & alibi *Wich* strenuum, nescio qua de lingua, interpretetur, praefectum strenuum redderet, compositione apud Teutonos non satis recepta. *Mer* & *Mer* diuersam habent & pronuntiationem & significationem; licet hoc ab illo deriuetur. *Mer* enim per e longum, eo sono quo balant oues dum *Εληχων* à Graecis dicuntur prolatum, mare significat, lacum, & stagnum; ut dum dicimus *Harlem-mer*/*Leiden-mer*/pro Harlemico & Leydeni stagno siue lacu: & Antuerpiae *Mer* vicus est, quo vix vlla in vrbe vel amplior, vel aedificiorum magnificentia splendidior, ex eo nomen sortitus, quod patrum memoria stagnum esset pascuis palustribus adiacens; à quo canalis ingens reliquus est plurimarum nauium capax, & totus longissima latissimaque testudine sic tectus & silice constratus, ut super eo decursionum equestrium spectacula nonnumquam exhibeantur. Ex hac voce *Mer* *uit* dicitur maris refugium, quod nomen illi aptissime dandum qui vel insignem portum custodia sua tutum seruat, vel qui in mari vice portus est: eo quod à piratis nautas vectoresque securos reddat. Quod si à *Mer*/quod augeo est, deriuetur, contra loquendi consuetudinem compositio fiet; quae postulat ut quod adiectiuum Grammatici vocant, substantiuo, & quod regitur, ei quod regit, praepositionatur: quae constructionis ratio compositionem nostratibus reddit elegantior; quamquam non ignoro in quibusdam fuisse neglectam vitio, quoad eius fieri potest, & in fabricandis & in transferendis vocibus euitando. Hac igitur ratione Merouicus is esset ad quem è maris periculis tutum refugium pateret: quae interpretatio rectè habebit, si Clodij filius hoc nomine fuerit nuncupatus, & è Merouico Meroueus, non aliter quam è Ludeuico Clodoueus exstiterit. Verùm haec tenus arcis reliquiae apud Dordracum spectantur, cui nomen *Thuis van Merwe*/id est domus Merouei: quae de re non dissimilis veri coniectura; hic Merouicum vel natum, vel domum exstruxisse. Composita autem dictio est *Merwe* ex *Mer* & *Houwe*/per concisionem nobis in conglutinandis decurtandisque vocibus frequentem. *Hou* vel *Haw* & *Hauwe* idem est nobis quod, teneo, Latinis; à qua vetusta Cimmericorum voce ipsum habeo habent Romani, duplici digamma, quo carent, in B mutato. *Mer-houwe* itaque, & absorpta syllaba *Mer-we*/dicitur is qui mare tenet: à quo nomine rectissime ad meramorphosim Latinam dicitur Meroueus qui longè lateque per mare dominatur; quae appellatio Francis per Oceanum & mediterraneum mare omnia sibi tamquam in suo dominio inuenta vindicantibus non potuit non maximè placere. Hinc aluco per quem Walis & Mosa iuncti simul fluunt, *Merwe* nomen datum, vel quia Meroueus in eum flumen deduxisset quod olim prius in Scaldim quam in Oceanum euolutum fuisse in Aduaticis indicaui, vel quod in eo praecipuam nauium stationem post Batauiam totam occupatam Franci haberent, non ad aliud comparatarum quam ut maris imperio potirentur. Quamobrem Merweus hic sinus, in quem Vahalis vnà cum Mosa postea magnum aquarum pelagus, hominum opera sine vi aliqua inundationis, aggerum obstacula rumpentis, euoluere coeperunt; nomen hoc suum non à Meroueo tantum, sed à seipso etiam habere meretur: eo quod ipsius classibus mare maximè teneretur in Francorum potestate. Non contemnendum Hercule Merouei monumentum tum in hac fluminis parte tum in domo perdurat; quae licet ingenti diluuiio aurore memoria ferè sit funditus erasa, tantum tamen reliquiarum vndis adhuc extans habet, ut vetustum nomen haec tenus potuerit tueri: ex quo efficitur, ut non Merouicum hunc regem, ut Rhenanus voluit, sed Merouicum ex *Mer-hauwe* siue *Mer-houwe* (vtrumque enim vsitatum) nominatum fuisse suspicer; tamen non ignorem, Merouicum quoque dici potuisse: qua voce maris refugium notaretur. Sed hac in re vetustum ipsius domus Merwe sequor monumentum, pro eo ac fieri in antiquitatibus inuestigandis oportet. Videant igitur hic rursus ij qui aliorum opinione

opinionē anticipati in Franconia huius regis tempore Francorum res floruisse obstinatē afferunt, quā non conuenientia dicant apertissimæ vetustatis obseruationi. Supremus Franciæ limes id ætatis Duisbergi ad fines Thuringorum fuit, vt partim ex Episcopo Turonensi de Clodij regia sede loquente, partim de exercitu ad Maguntiacum Alemānis, non Francis, opposito colligas. Sigebertus hunc ipsum Clodium ait terminos suos ita ampliāsse, vt Duisbergum Duringorum opidum primus Francorum occuparit: quod si verum est, in promptu est videre quā immani interuallo à veritatis limite aberrarint qui id ætatis Francos in Franconia collocarunt. Video tamen hoc loco obiici mihi posse, ab iis præsertim qui peruicaci ignorantia patrociniū perquam diligenter incumbunt, quō Germanicarum originum examen vel derideatur vel perpetuo exilio damnetur, hoc nomen *Mer* pro mari Teutonicum à primis natalibus non esse, verū à Latino fonte deriuatum. Contra horum præpostera iudicia in vnico atque altero axiōmate omne colloco defensionis firmamentum; quod nisi mihi postulanti concedant, non magis mea refert quid obganniat, quā si diei lumen à Sole negent tamquā ex causa proficisci. Si qua vox duabus pluribusue linguis est communis, eius origo primogenia ad eam pertinet in qua vera eius ratio inuenitur. Vbi porrò de vera ratione non liquet, ad analogiam fabricæ transeundum; quæ si cuiuspiam sermoni ita sit peculiaris, præcipua, & sua, vt in altero non reperiatur; tum ei vocis prima causa vindicanda. Proprium autem linguæ nostræ est, voces plurimas retrò vel pronuntiatas vel lectas id notare quod maximè facit ad noticiam eius quod prorsò litterarum ordine significabatur; quod vel contrarium est vel necessariò consequens prioris. Iam & illud nostratibus frequens, eiusdem nominis plures causas aptè conuenienterque reddi, quæ omnia in Hermathena latiùs expono. *Mer* itaque, vt minimum, geminam habet, ne dicam plures, notationis in vernaculo nostro sermone rationem, alteram potiore & à fine, alteram à rei significatæ natura petitam. Humidorum, vt à posteriori exordiar, proprium est facillimè terminos suscipere alienos, suos minimè tenere fixos. Nunc *Mar* id significat cuius conuersio *Mar* notat contrarium, formula linguæ nostræ peculiari. *Mar* enim à *Ram* vocali cūrta pronuntiato descendit, tempus suum producens: *Mar* rursus à *Rom* cui contrarium *Moy* de quibus hīc nihil vltiùs, ne altiùs in Hermathenæ sacratium penetremus. *Mar* itaque vocali longa elatum, id significat quod Latinus diceret, rem quampiam intra fines suos contineo, & certis terminis circumscribo, extra quos egredi non possit. Hinc *Mar* vt nomen vsurpatum, instrumentum quoduis notat, quo quippiam ad iustos suos fines extenditur & terminatur. Contrariæ significationis est *Mar* rem nullo certo fine concludens; quod non solū vt verbum venit in vsu, sed vt aduerbium etiam, & id quidem frequentissimè, in omni sermone id significans quod, Sed, Latinorum. Hinc adagium apud nos, *Mar is een mar by*; dici solet de iis quæ quia non sunt omnibus numeris explicata, aliquod, vt sic dicam, sed, requirunt. Exempli gratia: Si quis dicat, Hic diues est, tum alter subiiciat, Adice, sed; quæ vocula iuxta phrasim nostram adiecta adedò nihil terminatur, vt etiam illud quod dictum erat absoluto suo fine priuetur. Neque enim intelligi potest integras & veras diuitias habere de quo sic loquimur, sed quid obstat quo minùs absolutè diues dici queat, relinquatur incertum. Diues est, sed furto diues euasit: Diues est, sed ex fœnore: Diues est, sed avarus: Diues, sed prodigus: Diues, sed fisco obnoxius. Quid multis? Nihil certi conclusit qui, sed, vel *Mar* nostras adiecit, & prius dictum ne ad terminum perueniat remoratur. Hinc *Moyren* eum dicimus qui cuiuspiam dicto vel facto non est contentus, tamquam eo quod perfectum non est aut non bene determinatum. Vnde *Moymozren* est murmurare, quod an nostras sit an Latinum, recta ratio & analogia indicabit. Iam *Mar* famā & rumorem notat: quoniam fama nihil sit incertius, nihil minùs suis finibus inclusum, vt poëta Latinus elegantissimis suis versibus expressit, de Græco illis quidem fonte ductis, sed aptiùs vsurpatis. Quod si ipsi *Mar* præponas voculam *Rou* quo imperfectum notatur, vt sit *Rou-mar* / fama ea notabitur quæ neque auctorem certum, neque quicquam absolutæ noticiæ gignit; à qua dictione Rumor Latinorum. Si negent, conuenientius etymon proferant. Nunc ad id quod tendebat oratio. Quid rogo maris naturæ magis conuenit quā certo suo termino non teneri, cum & humidum corpus sit & perpetuò huc illuc vel Lunæ motu vel ventorum impetu rapiatur,

Vocum originēs ac primos natales inuestigandi ratio.

Mare vocabulum esse Cimbricum. *Mer*. *Mar*.

*Rom*. *Mar*.

*Moyren*.

*Mar*.

nihil suum habens in quo acquiescat? Hinc igitur *Mar* & *Mer* pro mari vel maiore vel minore, à quo rursus *Marssen* siue *Merssen* loca mari vel stagnis obnoxia. Et hæc vna sit ratio ob quam *Mer* suam habeat significationem. Alteram à fine nominis fabricator petiuit. Cùm enim à *Mar* fiat *Mer* pro eo quod plus Latini dicunt; quia quod plus est & alteri finem demit, nec certum sibi ponit; placuit *Mer* cuius magno stagno applicare, quò faustum omen & felix rerum successus ipso nomine denotaretur. Cùm enim stagnum *Mer* vocamus, orare videmur naturæ parentē; vt per aquas rem nostram prosperet atque reddat auctiorem, quo semper plus quàm habemus consequamur. Vt mare, si sæuiat, crudelissimum est elementum; ita, si rebus nostris fauceat, nihil est quod eas magis augere possit. Pari ratione *Ven* stagnum & palus vocatur, quò videlicet ipsa nomenclatura aquas rogemus, vt omnis elegantia & venustatis fontem nobis aperiant, hinc campos irrigando, hinc pisces alendo, hinc naues varia merce plenas aduehendo; & vt semel dicam, vndique ea subministrando quæ regiones reddant amœniore. Nulla numina magis coluntur & reuerentiùs habentur quàm ea quæ dum irata sunt maximè sæuiunt, plurimumque possunt damni mortalibus adferre. Quamobrem mare non solùm vt plurimas adferat commoditates, sed ne vim quoque suam exasperatum nobis intentet fausta nomenclatura indigetamus. Ite nunc ô Latini, & rationes meliores adferre ob quas magna aquarum spatia maria vocentur: quas si dederitis, vltro herbam in hoc campo porrigemus. Quòd enim quidam mare ab amaro deriuat, ineptum est. Fac ita esse, vt idem sit salum & amarum; an non ita amarum potius à mari, quàm hoc ab illo nomen sumpsisse diceretur? Quid quòd ne amari quidem nomen causam habet apud Romanos, nisi eam à priscis Cimbris, à quibus linguam suam acceperunt, petere dignentur; apud quos *Af-mær* idem est ac si quis dicat, *Apage*, non plus huius. Digamma demptum *A* facit, ad priuationem notandam vsurpatum Latinis: Vnde *Amarum* illud erit quod tam tristem gustum offert, vt plus eius habere nihil desideremus. Verùm ne amarefcant nostra oratio, dum plus fatis de mari disputamus, docem usque Latinos vocabula nobis, minimè nos ipsis debere; reuertamur eò vnde sumus ab iniquis sermonis nostri æstimatoribus depulsi. Opinor ex his sat superque liquere, vix vllam potuisse nomenclaturam aptiorem maritimo regi dari quàm eam qua maris ipsi imperium nominis auctor & optaret & ominaretur. Abeat igitur *Vrspergensis* Abbas, & alios quærat quibus probare nitatur *Meroueu* dictum esse *Mer-vehe*; id est, marinum pecus; quia mater eum ex monstro marino concepisset. Insignem scilicet interpretationem, & nomen rege dignum, si in *Phocarum* regno sceptrum teneret. Hoc est, si *Mercurio* placet, historiam scribere, de vocibus nimirum perperam intellectis fabulas ne anicularum quidem auribus dignas comminisci; quamquam haud inscius sum, scriptum inueniri, *Merlinum* etiam *Anglorum* vatem non ex homine, sed ex nescio quo spectro genitum esse; quod non magis credo quàm *Herculem* *Iouis*; *Romulum* *Martis*, alios aliorum siue *Deorum* siue *Dæmonum* fatu procreatos. Verùm quia à *Clodomiro* ad *Meroueu* occasione *Mer* & *Mer* venimus, & prius quæsitum est de *Clodij* nomine, ad id iam reuertamur.

*Merlinus.*

*Clodij nominis origo.*

*Claudius* siue *Clodius* apud Latinos tam facilem ad originem suam monstrat accessum, vt ad eam vel claudicando promptum sit peruenire. At si vox Germanica sit dicenda, quod equidem magis consonum duco veritati, vix ambigendum, quin idem sit perpeffa quod *Clodoueus*, *Clotarius*, *Clodomirus* & ceteræ id genus regum nomenclaturæ; & sanè non longè absom ab ea suspicione, vt ex *Ludouico* & *Clodoueu* & *Clodium* exstirisse credam: quod si concedatur, nihil amplius ad eius interpretationem adferendum. *Sidonius Apollinaris* in *Panegyrico* ad *Maioranum* *Clotonem* vocauit, non secus atque *Græci* *Clotarium* pro *Lotario* scripserunt:

*Pòst tempore paruo*

*Pugnastis pariter Francis, quà Cloto patentes*

*Atrebatum terras peruasferat.*

*Clodius Cloto appellatus, id est, Coninc Lot.*

Quocirca non absurdum fuerit, si dicatur *Cloto* pro *Coninc Lot*; ita vt de vulgata loquendi consuetudine *Lot* pro *Lotario* vocetur.

Quemadmodum porò *Clodoueus* pro *Luideuico* in libros & ora hominum venit, ita & *Clotildis* pro *Luithildis* ferè scriptum videmus; cum tamen non aliter hic littera

C reginam

C reginam atque illic regem designet. Nobis frequens feminarum nomen, licet bre-  
 nitatis causa modò priorem modò posteriorem eius partem omittamus) aliquando  
 Luit/ aliquando Hilde dicentes, quod rursus in Hilt/ non sine vitio, transit. Luit-hild vel  
 Hilde-hilde/ è quo Latinis Luithildis, ea vocatur quæ in populo sic excellit, vt dici merea-  
 tur heroina. Hilt enim heros est, vti modò dictum. Episcopus Turonensis & Ado Vien-  
 nensis Chrotildem vocant ceu Got-hilt dicta fuisset, qua voce cohortium heroina vo-  
 caretur, verùm credo sermonis Germanici imperitia nomen corruptum; quia Luithil-  
 dis vsitatum hætenus nobis nomen est feminarum, tum quia Tritenhemius ex Huni-  
 baldo, & Sigèbertus Gemblacensis Clotildem, non Crotildem, nominarint. Ex ea-  
 dem vocula Hilt fit & aliud nomen in mulieribus nobis non infrequens, Maechthildis,  
 quo fabulosa poetarum Diana meritò vocaretur. Maecht virginem significat: vnde  
 Maeghtildim virginum heroinam dicemus, cuius vocabuli vim qui latius sibi ob oculo-  
 positam volet, hos Virgilij versus in memoriam reuocet:

*Regina ad templum forma pulcherrima Dido  
 Incessit, magna iuuenum stipante caterua,  
 Qualis in Eurota ripis, aut per iuga Cynthi  
 Exercet Diana choros, quam mille secuta  
 Hinc atque hinc glomerantur Oreades. illa pharetram  
 Fert humero, gradiensq; deas supereminet omnes.*

Hoc nomine fuit mulier quam Blondus, perperam Matildem vocans, omnium earum  
 quæ vllis vmquam seculis floruerunt, gloriosissimam facit: de cuius donatione maxima  
 pars eius quod D. Petri patrimonium vocatur, Pontificum ditioni accessit. Maechthildis  
 autem nomen eo lubentiùs interpretor, quòd mater mea, nec forma nec ingenio, dum  
 viueret, vulgari eo fuerit à Cotemannis parentibus suis nuncupata. Ab eadem vocula  
 Hilt fit Brunoghildis, in quo Brun fuscum, & Og oculum signat; ita vt hoc nomine he-  
 roina denotetur excellentissima earum quibus oculi sunt subnigri, qui color apud no-  
 strates in oculis plurimum laudatur. Ex Brunoghildis Germanici sermonis imperitia  
 Brunichildem apud Turonensem fecit, qui hoc nomine filiam regis Gotorum ex Hi-  
 spania à Sigeberto Francorum rege in matrimonium vocatam celebrat, mulierem il-  
 lam quidem formæ animique dotibus insignem; sed omnium earum quæ vmquam vi-  
 xerunt crudelissimam, aded vt decem reges per diuersas artes & machinamenta neci  
 dedisse scribatur. Cherebertus item, vt Paulus Æmilius eum vocat, Lotarij filius, non  
 aliter quàm Clotildis, nomen habet deprauatum; quem Turonensis Charibertum  
 longiùs aberrans vocauit. Tritenhemius in annalium compendio Heribertum hunc  
 nominat: sed nec sic quidem profus emendatè, cum Herbertus sit vocandus; quæ no-  
 menclatura nostratibus est satis frequens; ei conueniens cui optamus vt dignum se præ-  
 stet totius vel communitatis vel exercitus præfectura, quod Her-wert signat. Vide quot  
 errores hoc vnicum Cappa Regum reginarum'ue nominibus honoris causa præposi-  
 tum inuexerit, quos numquam animadueros hætenus fuisse eo minùs miror, quòd  
 paucissimi inter antiquitatum studiosos reperiantur qui vel Francorum sermonis sint  
 periti, vel veras nominum origines sibi examinandas arbitrentur; quæ tamen diligenter  
 excussa eximiam maiorum sapientiam luculentis indiciis ostendunt, & plus frequenter  
 paucissimis litteris & duabus syllabis, quàm multis paginis prolixi Græcorum & Lati-  
 norum sermones intelligentibus exponunt. Ceterùm licet ea quæ de hac peruersa no-  
 minum & scriptura & pronuntiatione primus in lucem erui satis probatum iri æquis  
 iudicibus existimem, quòd tamen omnia magis aduersus pertinaces nouæ inuentionis  
 contemptores, quos plurimos esse scio, muniantur; addam & aliud non obscurum er-  
 roris argumentum. Ioannes Auentinus, cuius diligentiam singularem maiorem in  
 modum amplector & exosculor, in annalium suorum exordio Germanicas hominum  
 nomenclaturas ad veros suos fontes reducturus, in iis primorum ordinem elemento-  
 rum sequendo, in littera L Clodouei nomen, quamuis malè interpretetur, antiquo  
 tamen more ita scribit, vt aspiratio præponatur ad hunc modum, H Ludouicus; Clo-  
 dio item eandem præposuit, vt fiat, H Luidius: quod qua ratione factum sit, non adie-  
 cit; sicut nec illud agnouit, cur pro Hilperico, Hildeberto, Lotario, Ludouico; Chilpe-  
 ricus, Childebertus, Clotarius, Clodoueus diceretur. Nos itaque bonam eius fidem in

*Maechthildis  
 etymon.  
 Maecht.*

*Pontificibus  
 quis D. Pe-  
 tri patrimo-  
 niū donarit.*

*Brunichildis  
 nomēclatura.  
 Brun.  
 Og.*

*Brunichildis  
 crudelitas.*

*Herbertus  
 aliàs Chere-  
 bertus, aliàs  
 Charibertus,  
 aliàs Heriber-  
 tus corruptè  
 vocatus.*



Heer.

H littera  
Francorum  
proprie præ-  
fixa quid  
significet.

hac scribendi formula, quam ex vetustissimis tabulis desumpsit, laudantes, causam cur aspiratio nominibus his præfigeretur, explicemus. Heer, monosyllabicòs elatum, dominum nostratibus significat, nomen honoris causa in magistratibus aliisque reuerentia dignis appellandis præmitti consuetum. HLudouicus igitur nihil aliud est quàm Heer Ludouicus, & HLuidewis nihil aliud quàm Heer Luidewis. Hanc autem scribendi consuetudinem idem auctor libro Annalium suorum quarto tribus diplomatis, licet ad aliud docendum adductis, confirmat, in quibus HLudouicus pro Heer Ludouicus scriptum videmus. Hinc modò & illud in lucem venit, cur Turonensis episcopus Ludouici primi nomenclaturæ litteram tertiam C cum aspiratione præfigat, vt fiat Chlodoueus, & pro Lautario Chlotarius, cum eo notatum ab antiquis fuerit *Continc heer Luidewic / & Continc heer Lautar.*

Quamquam verò satis diu multumque in hac vocum correctione & interpretatione versati sumus, committere tamen non possum, quin Fortunati versus aliquot addam, quibus quod modò dixi cerneretur obseruari consueuisse; quos, vt habent in antiquissimo exemplari à Theodoro Pulmano diligentissimo veterum librorum scrutatore mihi ostenso, adscribam:

*Rex bonitate placens, decus altum, & nobile germen,*

*In quo tot procerum culmina culmen habent:*

*Auxilium patriæ, spes & tutamen in armis,*

*Fida tuis virtus, inditus atque vigor:*

*Chilperiche potens, si interpres barbarus exstet,*

*Adiutor fortis hoc quoque nomen habes.*

*Non fuit in vanum sic te vocitare parentes:*

*Præfagum hoc totum laudis, & omen erat.*

*Iam tunc indicium præbebant tempora nato,*

*Dicta priora tamen dona secuta probant.*

Item in Epitaphio super sepulcrum Chlodoberti:

*Hoc igitur tumulo recubans HLodobertus habetur,*

*Qui tria lustra gerens raptus ab orbe fuit.*

*De proano veniens HLodoueo celsa propago,*

*HLutharij, nepos, Hilpericij, genus.*

In his videas Hilperici nomen ab Hilt siue Hulp deriuari, quo auxilium notatur, & tamen C præfigi: præterea Lodobertum dici, & modò HLodobertum, modò ChLodobertum scribi. Item HLodouicum, & HLutharium, pro Lodouico & Lutario poni: in quibus quis non cernit verum esse id quod à me de his litteris explicatur? Hanc nomenclaturæ correctionem si in lingua vel Græca vel Latina inuenissem, multorum laudibus cumularer: nunc quia in Germanica hanc posui operam, ab iniquis censoribus ridiculus habebor. Quanti, bone Mercuri, eorum sit diligentia qui in poetarum fabulis vel vnicum nomen emendant! quod si idem in vera historia, & ea quidem maximarum rerum ab illustrissimis regibus gestarum præstem, num industria mea impari minorem laudem meretur? Sed missis & contemptis obgrunnientium iudiciis, quibus, si naturam ipsorum sequerer, oppederem potius quàm responderem, ad id quod agimus reuertamur. Est inter Francorum reges Sigeberti quoque nomen, quod si Latine reddas, victoria dignum dices. Hinc Sicambrorum nomen, quos *Sigamper* diceret Germanus, Latinus victoriam pugnando obtinentes. Vellem Allemanus mihi causam assignaret ob quam *Sig* victoriam significet, atque eam meliorem quàm in vernaculo nostro sermone quiuis, quantumuis lippus, peruidere queat. *Seg* dum vt nomen usurpatur, quietum & omnibus æquabili morum temperatura submissum notat, dum vt verbum, idem est quod quempiam talem reddo vt quietam tranquillamque vitam ducat. Hinc *Sig* victoria, nomen finem indicans, quoniam eo vincimus, non vt homines occidamus, sed quò eos qui tranquillitatem perturbant, ad quietem & compositos mores fracta superbia cogamus. Nec ob id tantum significationem accepit, sed ea quoque de causa, vt moneamur victoria nos minimè efferri, verum ea submissè & cum animi tranquillitate vti debere, ne quod in aliis esse cupimus, id in nobis desideretur. Victi præterea docentur, ne sese nimio dolore aut alia animi perturbatione infra id quod

Sigeberti etymon.  
Sicambri unde nomen habeant.  
Sig.  
Seg.

Victoria scopus.

Seg/id

**Seg** id est, tranquillum dicitur, deiciant. Videas hinc tribus litteris plus doceri quam multis sapietia professorum versibus, si vox pro eo ac debet ad originem suam vocetur. Vinco autem Latinorum à nostro **Win** processit, quoniam eius verbi origo apud nos, nō apud illos inuenitur. Sed hoc alterius loci. **Campen** est pugnare ex prouocatione, à **Camp** quo campus Romanorum notatur, quam vocem nostram esse natales eius conuincunt; nec ij soli, sed ipsa etiam analogia. **Mar** enim commodum, facile, planumque signat; à quo **Cam** planum facere & transitu facile. Hinc **Camp-op**, id est, planū & facile ad hoc vt super eo stetur & eatur: quod **Camp** facit vna excisa vocali. Hinc **Camp** pro pugna in campo commissa, à quo **Sigcampet**, qui in campo victoriam consequitur. Nostrates **Seg** non **Sig** pronunciant, admodum conuenienter etymologiae, cuius cum alibi vsus in vetustis nostratum libris legas, tum in vernacula Brabantiae historia; quod adiicio, ne quis veteris linguae nostrae imperitus ignorantia suam lumini nostro officere posse existimet. Fuit & Theodoberti nomē non rarū inter Francos, quo nuncupatus fuit Theodorici regis orientalis Franciae filius, vir nescio an vlli magnitudine rerum gestarum secundus: qui Italiam totam & Siciliam partim per se, partim per suos depopulatus est, Vefegottos cum rege ipsorum cecidit, Allemanos protriuuit, regem Danorum cum toto exercitu spoliis Germaniae secundae onusto occidione in agro Antwerpiano deleuit, expeditionem maximam in Thraciam contra Iustinianū parauerat, quam mors immatura praenueniens, & ne totius orbis imperio potiretur metuens, impediuit & abrupit. Agathius ab vro occisum scribit, Turonensis morbo sublatū. Procopius quo genere fati occubuerit, non expressit, qui eum Theudibertum vocat; ceu Germanis **Theudbert** nominaretur, id est dignus, qui caput sit inter homines siue princeps. Aliis placet Thietbertum dictū fuisse, à **Diet**; qua voce egregia facinora & magnum rerum augmentum significatur, à **Dien**, quod est augeri & crescere; ita vt **Dietbert** dignus incremento dicatur. Ab eadem vocula descendit Theobaldus, qui Germanis **Diet-wald** diceretur, id est, incrementorum rerum que ad promotionem pertinentium magna vis: quo nomine Theodoberti filius vocabatur, paterni regni successor: ad quem Iustinianus legatos misit, oratum vt contra Gotos vnā secum susciperet bellum. Cornelius Tacitus **Thietwald** ad incudem Latinam faceret Theodoualdum. Ex eodem fonte deriuatur **Diet rijk**, quod nomen in Theodoricum transit, quo incrementorum diues notatur. Nec aliunde Theodomarus rex Gotorum nomen accepit, quo significatur is qui celebrem habet incrementorum famam. **Mar** famam, vt dixi antea, signat: vnde & Gomar venit, ad hominem bonae famae denotandum. Iam & Theodelinda feminarum nomen est, quo rerum prosperarum pulcritudo notatur. **Lind** enim pulcrum apud veteres significabat, concisum ex **le-cind**, quod est membrorum absolutio: vnde **Lindo** apud Hispanos Gottifantes in eadem significatione remansit. Tilia itaque gemina ratione **lind** dicitur, & quia pulcra est, & quia faeciae & funiculi ex ea fiant, quos **linden** item vocamus; quia ex lino optimi fiant. **Lind** pro lino nostras est, à **lien**/quod est pati, vt in Hermathena latē explicatū. Celebratur & Guntramus rex, quem Turonensis Guntchramnum dixit. **Gunt-ram** eum notat qui fauorem tam latē extendit, quam fauoris ratio ferre potest. At si **Gunt-chram** siue **Gunt-tram** dicatur, significabitur taberna fauoris, siue is qui fauorem omnibus ceu promercalem exponit. Taberna enim & capsula rerum venalium **Cram** à nobis vocatur. Paullus **Emilius** Guntcrannum malē scripsit, nec bene Turonensis Guntchramnum. **Gunt** idem est quod fauet. Hinc Fregundis regina nomine suo monetur vt pacem, quae **Fre** dicitur, fauore suo vel adducat vel conferuet. **Gunt/Cram/ Fre** voces sunt reciproca pronuntiatione id notantes quod prorsarum significationi naturae lege est connexum. de quibus aliās. Gundobaldus Lautarij secundi filius, vti mater aiebat, Lutario non contentente, nomine suo magnam fauoris vim praefert, quem post varios aduersitatum casus tandem apud Imperatorem Constantinopolitanum est consecutus; & inde in Franciam reuocatus Hildeberti fauore, vt vnā regnaret, proditione suorum occiditur sceleratissime. A **Gunt** item Cuningundis nomen habet Imperatoris Henrici secundi vxor, quo regis fauor significatur, à **Cuntur**, quae vox Regem notat, varias dotes quibus reges ornatos esse decet, cōplexa, scientiam videlicet, potentiam, fortem animū, magna aggredi audentē, & eam potestatem, vt omnes ex eo pendeant; vti alibi declarauim. A **Walt** item fit **Gar-walt**, id est, omnino potens, vel qui totus nihil aliud est quam magna vis.

Campet  
Camp.Mar.  
Camp.Theodoberti  
Orientalis  
Francia regis  
heroica facta.Theodoberti  
non. clatur.  
ratio.

Dien.

Theobaldus  
etymon.Theodorici  
nominis ra-  
tio.Theodomari  
notatio.Gomar.  
Theodelinda  
nom. clatur.

Lind.

Guntramus  
vnde nomen  
habet.

Cram.

Gunt.  
Fregundis no-  
minis notatio.  
Fre.Gundobaldus  
Lautarij se-  
cundi filius.

Walt.

*Carioualdus  
dux Batauorum  
unde nomen  
habuerit.*

*Balt.  
Bal.  
Bol.  
Lop.*

*Garbaldi etymon.*

*Sigebaldus.*

*Ebroini nomenclatura.*

*Beer.  
Bar.  
Eber.  
Euer.*

*Eberdunum.*

*Bernardi nomenclatura  
ratio.*

*Leonardus.  
Ber.  
Beren.*

*Grimoaldi  
etymon.  
Pipini nominis  
ratio.*

*Caroli nomenclatura.  
Carl.*

*Car.*

*Martel.*

*Mart.*

*Mort.  
Mortet.  
Marter.*

Carioualdam ducem Batauorum Tacitus fecit; qui si Garwaldus dictus est, C pro G positum est, vt in Caius & Cnæus; quamuis Car-walt suam etiam nobis habeat significationem, pro magna vi eorum quos caros habemus. Haud ignoro Walt etiam in vsu esse pro audaci & temerario, quod alij Bolt pronuntiant; vnde Baldi nomen: cuius prima ratio à Bal siue Bol/ quo globosæ figuræ res notantur; quia ea maximè idonea sit ad rem quamcumque conseruandum, quod est Behal siue Behol/ à quo Bal & Bol/ & hinc Lop mutata media in tenuem celeritatis notandæ gratia, pro curro; quia ad currendum celerrimè nulla figura est magis idonea quàm globosa, vt cælorum vertigo incomparabili sua celeritate satis declarat, quos nos Lopem/ id est, currere dicimus longè significantiùs quàm vt vlla alia gens in lingua sua idem vel par artificium seruare possit. Hinc bald aduerbium, pro citò; & bald nomen, pro eo qui nimis velox est ad res aggrediendas, quales audaces sunt & temerarij: à quo etiam Bollen pro inconsideratè loqui & citra meditationem verba effundere. Et hæc quidem in gratiam Baldi, & illius qui bonum ius non admodum lautis commentariis condiit, & alterius quem Macaronæa elegans poëma celebravit, hominem hoc nomine ob audaciam dignissimum. Nisi igitur Tacitus nos moueret quò Garbaldum à Walt interpretaremur, Garbaldus dici posset is qui omnino audax est. Auentinus ineptè Garbaldum eum dicit, qui omnino vult; Bald à Bel/ id est, volo, deriuans. Nos Wil & Wol/ non vil aut vol aut bel dicimus; quod antiquitùs Cimbris eodem modo in vsu fuisse, Volo, Latinorum declarat, duplici littera in simplex elementum mutata. Sigebaldus igitur is dicitur non qui victoriam vult, sed in quo maxima vis est ad victoriam consequendam. Sed ne omnes nomenclaturas persequendo simus prolixiores, paucas adhuc principum virorum addemus. Ebroinus dicitur ab Eber-wim/ quod est, vincens verrem siluestrem. Beer enim verrem signat, à Bar quod est gigno, quia plurimos fœtus gignat: vnde Latinorum Verres deriuatur. A Beer fit Ebeer/ qua in voce E longum adiectum solidum, firmum, validum, robustum designat; quamobrem propriè aprum siue verrem siluestrem notabit: vnde Romanorum Aper parua immutatione factum, cui sententiæ meæ qui refragabitur, rationes in Verris & Apri nominibus assignet rectiores. Hinc Eberdunum opidum Aprorum montem non malè verteris. Ber autem aliter prolatum vsus notat, à quo Beren-hart quem Bernardum dicimus, Latine is est qui vsinum cor siue animum habet. Sicut Heuuen-hart/ vnde Leonardus, cui animus est leonum. Ber dicitur à Beren/ quod est sæuum sonum & gestum truculentum edere; à quo fortassis vsus, mutato B in V vocalem, vt primum vsus, deinde vsus euaserit. Leu leo dicitur, à Leuen, quod est viuere: quia cor vitæ fontem fortissimum animosissimumque habet, qua ex voce Leo & Λέων Latinis & Græcis; quod si negent, etymologia nos meliore conuincant. Grimmoaldus Grimme-walt Germanis is dicitur qui vi sua crudelitatem iracundorum hominum compefcit. Pipinus à Papei verbo, quo præter communem significationem pro doloribus partus vtimur, eo quòd acutum sonum edere soleant parturientes. Pii autem dolor est. Hinc Pip-pit parturientis dolor nomen ab euentu natum, vt apud Latinos Agrippa & Cæsar.

Carolus à Car & Hel/ quorum hoc altum & clarum significat. Carl igitur syncoptòs is dicitur qui velut apex est & claritas eorum quos caros habemus. Tis cen Carl vulgò dicimus pro eo quod Latinus diceret, est egregius & excellens vir: quasi claritas inter eos quos caros ob virtutem habere debemus. Car autem, à quo Carum Latini habent, nostras esse in Amazonicis ostensum. Inter Carolos nobile cognomen fortitus est Martellus, ita vocatus quòd esset tamquam malleus ferreus omnia confringens; de qua vel sola voce cognoscas nostra Francos lingua, non Allemanica locutos; cum Martel apud nos aurigis adhuc in vsu sit frequenti, pro eo malleo cuius non caput modò sed manubrium etiam ferreum est; cui vocabuli compositionem & natales in Atuatiscis tradidi. Paulus Æmilius à viribus Martiis Martellum dictum scribit, quod quidem veritatem hac sola parte tuetur qua res ipsa, non nominis origo spectatur: quamquam id nobis constat, & Martis nomen & Martelli ex eodem fonte deriuari; in quo Mart vocabulum nostras repertù id notat quod Latinus diceret, prorsus confringere: vnde Mortarium & Mors Romanis, & nobis Mort pro violenta morte à percussore illata, & mortet pro Latrone, & martet pro tormento, & martel pro malleo ferreo, à quo pro quouis malleo Itali

*Martel-*

*Martello*, & Gallo-Franci *Marteau* deduxerunt. Sed vt omnium ferè animi proni sunt, maximè Gallo-Francorum ætatis nostræ, ad voces vernaculas è Græcia repetendas, in quorum numero Budæus & Perionius principes ceterorum suffragia auctoritate sua, quò volunt trahunt, suspicabitur quisquam *Marter* vocabulum nostras à Martyr Græcorum descendisse: & quia veritatis Euangelicæ testimonium per mortes & tormenta à primis Christianis perhiberi consueuerat, Martyris nomen pro cruciatu & tormentis in vsum venisse; quod equidem ita habere non infitias irem, nisi analogia primarum vocum *Mar* & *Mor*, & inde factarum *Mar* & *Mam* mutatione rotundi, quod prius est, in quadratum apertè contrarium testaretur; nisi etiam vocum antiquissimarum hinc emanantium significatio & vsus, multo quàm Christi martyres in renato sæculorum orbe fuerint, vetustior, mecum faceret, & contrà sentientes falsitatis & magni erroris manifestaret. Sed quid? aiat quisquam, vnde martyris nomen deduces, quando omnia ad primogenia Cimbrorum vocabula redigere moliris? num & testes ante salutis nostræ auctorem natum tormentis & cruciatibus ob veritatem affligebantur? Non est huius loci omnium vocù reddere rationes, sed ne subterfugere aut declinare hanc tragulam videamur, Martyri Græcorum veram nominis originem assignemus. *Mar* pro fama & opinione incerta Cimmeriis vsurpari non ita multo antè dictum. *Tuig* verò testem vocari, & dum verbum est idem esse quod testari, pueris notum. *Mar-tuig* igitur testis erit eius opinionis quæ incerta est & cõtrouersa, quo in vocabulo terminatio est à Græcorum consuetudine aliena; qua ad sermonè suum accommodata, Martyr vel Martyr pro teste dixerunt. Liquet itaque & hoc vocabulum è reconditis nostris thesauris esse suppilatum, tamen si aliam acceperit caudam; & eo non testem modò dici, sed illud etiam, qua in re testimoniis opus sit, indicari. Quæ enim res demonstratione doceri possunt, quæ item sensibus præsentibus comprehenduntur, iis frustra testes adhibentur; nisi apud illos apud quos plus auctoritas valet quàm explicata causa; quæ admonitio, vt leuis prima fronte videatur, non abs re tamen esset, si in omnibus iuris professorum diatribis scriberetur, & perpetuum sibi locum in medicarum consultationum disceptationibus haberet, in quibus plerumque testibus iam olim mortuis, de viui hominis temperamento, morbo, symptomatis, causis, remediis agitur: quod tolerabilius tamen eo videtur, quòd non exigua medicorù pars non tam è principiis & fundamentis artem didicerint, quàm ex libellis aliquot & chartulis sibi obiter cõpararint. Plato satis ostendit frustra Hippocratis auctoritatè in testimonium apud doctos homines vocari, cum postea nihilominus querendum sit an Hippocrates cum ratione consentiat: quo fit, vt si huius ductus nusquam non sit sequendus, nequicquam testes adhibeantur, apud illos, inquam, qui quid in recta ratione sit, queunt peruidere. Eam itaq. vocabulum Martyr ad originem vocatum viam præmonstrat, quam omnis postea philosophorum cæcus est ingressus, iurisperitis semper exceptis, & indocta clinicorum turba, auctorum artis suæ titulis recitandis magis iactabunda quàm sollers in morbis, causis, remediis ex ratione & cognoscendis & iudicandis. Aristoteles ægrotus non ferens sibi perinde atque rustico quæ facienda essent imperari, causas eorum quæ iuberentur, non Hippocratis auctoritatem voluit adhiberi, exemplo ab Æliano non otiosè ad rem suam translato. Videas nunc quantum mysterij in vnus vocis natalibus rectè perspectis delitescat: quod tamen non ita accipiendum, quasi omnino nusquam in iis quæ ratione doceri possunt testes sint citandi, quos admittimus nonnumquam breuitatis causa, ne rationibus explicandis prolixiores quàm tempus ferat, euadamus; nonnumquam vt eos laudemus qui eandem nobiscum demonstrationem sunt secuti; nonnumquam vt præcepta hominum animis auctoritas conclusioni nostræ opituletur. Verùm nominum fabricator genuinum verumque testimonij vsum explicare volens sic nomen fecit, vt dum testis adhiberetur, quantumuis certum sit ex sua natura id cui adhibetur, ad incertam tamen descendat opinionem. Longiùs nos abripuit Martellus siue Martel, è quo Malleus Latinis mangonio à quiuis homine facillè cognoscendo, non verò à molliendo, vt putarunt quidam; cum malleus non molliat aut ferrum aut quoduis aliud metallum, sed ignis vi emollitum ducat, nisi percutiendo quendam calorem addens, per accidens, vt loquuntur philosophi, id posse diceretur. Sed hæc alterius considerationis.

*Mar*  
*rom*  
*Mar*  
*nam*

*Martyris*  
*etymon*  
*Tuig*

*Testib. quædæ*  
*non sit opus.*

*Testibus ubi*  
*sit opus.*

Hom.  
Mor.  
Moll.

Quid quòd & ipsum Mollio, Cimbricum habet ortum, Rho per labdacismum mutato? Hom & Mor contraria: A Mor, quod Mollu efferimus, Molle nascitur, eiusdem significationis nomen. Verumenimverò si omnia propria tum virorum tum feminarum huius gentis nomina ad ortus suos & significata reducere velimus, nimia nostra prolixitate odiosi potius videbitur quàm vel utiles vel iucundi. Huic materiæ libellus à me fortasse daretur, nisi iniquissima & peruersissima nostræ nationis hominum iudicia, quibus maximum & pretiosissimum suum ornamentum contemnunt, indignationem mihi mouerent; non illam quidem qua Iuuenalis satyricos versus effudit, sed quæ faciant vt ne nominandam quidem ipsorum linguam arbitrarer, nisi solus veritatis amor pluri mihi fieret quàm detestanda præposterorum hominum vesania. Quàm Græci linguam suam amarint, quàm expolitam, comptam, copiosam reddere contenderint; quàm eam longè lateq. propagarint, quàm ea sint gloriari qui nescit, nescio quid sciat. Hos Latini tametsi fortasse copia vincere non potuerunt, quam Cicero suis etiam arrogat; propagatione tamen linguæ non minus quàm imperio superauerunt. Hebræi sermone suo nihil vetustius, nihil arcana quadam mysteriorum custodia diuinius & ipsi opinari videntur, & ceteris persuadere nituntur. Soli nostrates sermonem suum contemnunt, & quamuis potius linguam quàm vernaculam à maioribus acceptam admirantur & loquuntur: quod inde potissimum video euenisse, quòd nemo vquam de immenso eius artificio vel semel somniauit. Et quí de eo cogitassent, quòd nemo maiorum vel monuit vel prodidit? Non sunt videlicet id admirati quòd in omnium ore versari videbant, & idcirco sermonis sui nullas causas peruestigarunt.

Teutones soli  
linguam suam  
contemnunt.

Cùm igitur hactenus in tenebris sint versati, non miror quòd ad hanc nouam lucem, quam primus intuli, caligent. Id miror quòd mihi viam præmonstranti pro Hermæo candidè communicato conuicia gratiarum loco reponant. Sed quid miror? cùm vulgari apud nos prouerbio tritum sit, *Lansman Stansman*: quòd licet pari breuitate & allusione vocum apud elegantiores receptarum Latini exprimere nequirent, si tamen castrensi vocabulo vti vellent, satis succinctè interpretarentur, *Conterraneus* conterraneo dedecus, id est, dedecoris & vituperij auctor. Sit sanè, sit alter alterius ciuis aut cognati vituperator; condonetur hæc infamis nota. Atqui illud quí veniam merebitur, si quis se & sua vituperet, nec se solùm, sed parentes, patriam, maiores, omnes qui ab omni æuo eadè hac lingua vsi fuerunt? Sed valeant qui quosuis potius quàm se valere volunt; quorum vitio factum, vt dum domestica vilipendimus, externa adsciscimus, exterorum hominum iugum feramus: quòd breuiter dictum, quàm latè pateat is intelligit qui diligenter causas euerfionum publicarum in lætissima felicissimaq. maximè tempora incidentium expendit.

Reuertamur itaq. vnde nominum propriorum interpretatione sumus abrepti, cuius occasionem Lazius iniecit, dum corruptam Francorum linguam è varia gentium permixtione coaceruatam, eam putat qua Franci primùm vsi sunt. Fateor equidem linguam eam cuius exempla adduxit, sic Francicam dici, vti tota Bauaria, Sueuia, Alemania, Thuringia, Francia dicebatur; nec ille solùm tractus qui à Rheno in Orientem vergens ab ipsis Alpibus ad Oceanum vsque pertinebat; sed quidquid etiam terrarum & prima & secunda Germania de Romanorum distributione complectebatur, & plus etiam Francia orientalis dici consuevit: quæ quia *Austrijt* à Francis vocabatur, in *Austria* nomen apud quosdam, apud alios in *Austrasiam* transiit; sicut quòd reliquum erat Francorum regni ad occasum longè lateq. porrectum, *Westrjt* dicebatur; id est, Occidentale regnum: è qua voce corruptissimè *Neustria* ab imperitis vocari cœpit. In his *Austria* nomen veram mihi antiquorum scripturam & inde significationis causam suggestit. Mens enim hominis, quòd vno momento à Deo est creatum, suo more per prius & posterius distribuit; qua via & ratione eò venit, vt oriens antiquissimus nobis dicatur; quia si incipiendum Deo ab vna magis parte quàm ab altera fuisset, Orientem ante quàm reliqua cæli spatia fecisset; nec aliud probabilius, quàm eo loco quo homo factus est, Solem ad horizontem in exordio totius machinæ fuisse.

Francia oriē-  
talis, Austria  
& Austrasia  
ab Austrjt  
dicta, quàm  
latè patuerit.

Francia occi-  
dentalis cor-  
ruptè Neu-  
stria dicta.

Iam quanto quæque res melior, tanto vetustior censeretur, eo quòd principia rerum omnibus numeris cum creata primùm essent, fuerunt absoluta: vnde apud Latinos quoque

quoque nihil nobis antiquius esse dicimus, cum nihil scimus quod præferendum putemus. Rectissime itaque linguæ nostræ architectus orientem *Aust* ab *Austre* / quo antiquissimum notatur, vocandum iudicavit: non peior in hoc quàm in ceteris omnibus rerum æstimator. Occidentalem verò plagam non minore ratione *West* nominavit, ingenti ad diligentiam incitatione; ne tantisper nimirum tempus in rebus agendis profectus dum fuerit elapsum. Nam *West* fit à præterito perfecto *Wæest* / quod est, fuit: à quo si syllabicum augmentum auferas, manet *Wæst*; à quo *West*: quamquam scio non hac sola de causâ, licet maxima, hoc nomen placuisse, ut in ventorum nominibus latius, si bonis ventis Deus adspiret, explicabo. Cogitemus itaque, si quid agendum, ne tantisper expectemus dum dici queat, fuit; perinde atque Poëta veteres imitatus cecinit, *Fuit Ilium & ingens Gloria Dardanidum*. Nunc ad rem.

Quemadmodum quæ in Boioaria aut potius Boiataria facta sunt in Francia facta tum dicebantur, quia Bauari in ditione Francorum essent; ita quæuis lingua, siue Allemanica, quæ omnium erat corruptissima propter diuersarum gentium, è qua constabat, colluuiionem; siue Sueuica, siue Boiuarica, siue Thuringica, Francicam se profitebatur, quò & dominis gravior esset; nec non excellentior de nomine videretur. Tam latè Franciæ appellationem se tum extēdisse Auentinus in quarto Annalium suorum libro non vno alteroue docet argumento, pluribus id codicillorum à regibus in Boiataria ante Romani regni in Germania constituti nomen datorum testimoniis confirmans; quibus, quòd apertissima sint, nihil ego addendum arbitror, nisi fortasse hoc vnum desideretur, non Boiorum modò & ceterorum vel in Allemania vel in Germania habitantium terras, sed magnam etiam partem regionis Venetæ ad orientale Francorum regnum pertinuisse: quod cui certius nosse lubet, ei tertium Procopij de bello Gotorum librum consulere licebit; quamquam non ignoro Theodorici regnum, & postea Gotis eiectis, Hexarchatum eo locorum ius suum protulisse. Atqui plus fatis de linguæ Francicæ vel corruptela vel latitudine; cum fatis constet ex iis quæ auctorum veterum monumentis sunt ostensa, veri sermonis reliquias in Salandia, Geltria, Batauia, & Brabantia, non in vlla Alemaniam parte esse quærendas.

Veneramus per antiquitatum vestigia ad Clodouei regnum (loquor ut multi, sentio cum paucis, iuxta prouerbiū peripateticorum) cuius res gestæ quando fatis idoneis historiæ scriptoribus transmissæ sunt ad posteritatem, non est quòd vltra nos fatigemus, ne actum agere visi derideamur. Ne verbum quidem vniquam de rebus Francorum facturus eram, si ea quæ à nobis in mediū allata sunt, perinde atque cetera quæ à Clodouei regno memoratu digna contigerunt, ab aliis fuissent aut prius animaduersa, aut sic veris litteris prodita, ut nec nostra in perquirendis exordiis diligentia, nec spongia in fœdis errorum maculis detergendis indigere viderentur. Quamquam autem breuitatis causâ non pauca prætereo, atq. vel prorsus omitto, vel in aliud commodius mihi tempus differo, quæ in huius gentis vetustate persequenda me explicaturum non solum cogitaram, sed etiam, ni fallor, promiseram; non possum tamen hoc munere defungi, nisi æquè Carolingorum atque Merouingorum primas radices in hoc Antuerpiano limite actas fuisse demonstrarem. Meroueam ad traiectum Vahalis & Mosæ mistorum, à quo *Dordracum*, quod *Dordrecht* vocamus, nomen videtur mansisse, clara natalium suorum reliquisse monumenta, sufficienti mihi videor assertione, quantum quidem antiquitatum fides requirit, docuisse. Limes autem siue Marca Antuerpiana non hæc modò proxima fluminum, quibus Scaldis altera sui parte miscetur, ostia comprehendebat; sed tam longè secundum littora Oceani porrigebatur, ut Anglicanus limes alio nomine dictus fuisse videatur. Lazius certè, de cuius nescio ductu, Anglicanum limitem in Antwerpiensium Marchionum catalogo vocauit. Eginhartus Rutlandum comitè facit littoris Britannici, quem in prælio contra Vascones cecidisse testatus, mox subdit, Britones post hanc cladem domitos à Carolo fuisse; è quo colligas, maritimum tractum Britonum littoris Britannici nomine nõ intelligendum, nisi antè præfectura limitis Rutlandum donatum velimus quàm essent subiugati. Quocircum Lazio & iis quos huius suæ assertionis habuit auctores, littus Britanicum vocandum videtur, ad quod facillima nauigatio è Britannia pateret: qua nota mox Flandriæ & Hollandiæ & Zelandiæ littora intelliguntur, ad quæ & olim & hætenus ex Thami-

fiæ &

*Aust.*

*West.*

*Wæest.*

*Wæst.*

*Wæst.*

*Veri sermonis  
Francici reliquias  
ubi sit  
reperire.*

*Dordracum.*

*Antwer.  
piena Mar-  
ca.  
Anglicanus  
limes.*

fiæ & Vmbri fluminum maximorum ostiis frequentissimus est è Britannia ad Scaldim & Mosæ ostia traiectus. Quamobrem latè limitanea Antwerpiensium comitum præfectura patebat, cum ad alia, tum præsertim ad latissima Scaldis & Mosæ ostia; cuius vt sedes Antwerpiæ esset, atque ab hac principe vrbe nomen duceretur, verisimile tamen est & propè dictu necessarium, naualia ad fluminum ostia fuisse communita, quòd mox citra moram vel in piratas vel in hostes irruere, & si videretur è mari prædas agere possent. In Zelandia ante Francorum imperium Romani limitaneam arcem extremo in littore habebant, à re ipsa *Marchuis* ab incolis vocatam: ad quam Hercules limitum custos consecratus & Marcusanus dictus, domus limitaneæ custodiam pollicebatur. qua de re alibi copiosius. Non igitur absurdum sit, Merouicum hîc in lucem editum cogitare, atque hac fortasse de causa arcem magnificentius extructam tum de nomine suo tum de scopo ad quem referretur, nuncupare voluisse; vnà etiam ipsi flumini nomenclatura communicata. Cùm itaque à Meroueo Merouingi genus nomenque ducant, nemini dubium esse potest, quin huic limiti tantum gloriæ accesserit, quantum de clarissimorum regum natalibus cuiquam aut ciuitati aut pago deferri consuevit. Clarissimæ Ionix quondam vrbes de Homeri natalibus, non secus atque de imperio, certarunt; minimè sic facturæ, nisi plurimum honoris nobilitatisque ciuitatibus ex illustrium ciuium fatu & educatione deberi de communi hominum consensu putassent. Merouingorum igitur stirpis initium & prima radix, me iudice, huic nostræ littorali regioni, per quam ingentia flumina ad Oceanum patrem suum reuertuntur, erit adscribenda; quorum continua propago Francorû regno tantisper præfuit, quamdiu mascula maiorum virtus in ipsis vigeret: qua tandem eneruata & effeta & tandem emortua, ad eos transit potestas, qui se manus sceptrò & caput diademate dignum habere rebus fortissimè prudentissimèque gestis toti orbi & omni hominum ordini demonstrarunt. Posteritas enim Merouei per inertiam & Sardanapalicam sedentariæ vitæ ignauiam eo tandem contemptus & abiectissimæ humilitatis deuoluta est, vt non solum nullum consilium darent, nec cuiquam omnino publico negotio auctoritatem interponerent; sed etiam alieno arbitrio & loquerentur in publico, & domi exiguam familiam exiguo sumptu & aliena potestate demenso sordidè alere cogerentur. Solo nomine & prisco regum Mæoticorum habitu ludicram regis personam, tamquam in scena, gerentes folis crinibus & barba demissis, & duobus bobus carpentum, quo vehebatur, trahentibus venerabiles: cuius rei & testis est & derisor Eginhartus Germanus, Caroli Magni alumnus & domesticus ipsius & liberorum amicus. Atqui quamuis hic ad regum opprobrium par boum carpentum trahentium & rusticum agasonem, siue, vt antiquo Cimmeriorum vocabulo vtar, minatorem retulisse videatur; habet tamen hic regum ritus & maximam antiquitatem, & causas ob quas perpetuò seruetur non minores. Lucianus in suo Scythia Toxarim sic describit, vt inter suos neque regij generis fuisse dicat, nec ex eorum numero qui honoris causa petasos siue pileos gerebant; sed vnum ex vulgo hominem plebeium: quem locum dum Lazius adducit, miror quo auctoris verbo diuitem fuisse intellexerit; non miror cur pilophoricos omiserit, quòd videam hoc ornatus genus ab ipso ob causæ ignorationem fuisse neglectum. Addit Lucianus, ipsum in eorum censu fuisse quos octapodes Scythæ vocant, quo denotantur duorum boum & vnus carpenti possessores: quo genere hominum inter liberos nihil potuit esse pauperius; quandoquidem non videam qui vel domum suam quis vehere, quod Scythi omnibus Herodotus commune fecit, vel arare possit citra vnum boum par. Eleganter fanè Lucianus Toxaris nomen vel finxit vel ab aliis fictum accepit, quòd egregia sit ad rectam Scythici nominis rationem allusio; cùm non alium Scut/à quo Scythia, notet quàm eum quem *Γέρον* vocant Græci. Regibus ergo Francorum, quorum originem è Scythia deduxi, hunc ritum fuisse non aliam ob causam existimo, quàm vt se non meliores paupertimo quoque agnoscerent, semperque cogitarent, quibus principiis ad regium culmen, & è plaustro, quo domum maiores ipsorum circumferre solent, ad palatium & summum rerum mortalium fastigium ascendissent. De iugo, aratro, securi, & phiala cælo in Scythiam delapsis, & eorum significatione, quæ plurimum lucis huic Francorum consuetudini infert, in Becceselanis fatis dictum. Hic in transcurso non negligendum per hanc sollempnem regum Francorum pompam, vestigiis sat altè depressis,

*Marchuis.  
Hercules  
Marcusanus.*

*Merouingi  
unde duxerunt  
originem.*

*Merouei posteritatis  
ignauia.*

*Francorû reges bobus duobus  
carpentum trahentibus  
vehebantur.*

*Octapodes.*

*Domû suam  
vehere Scythi  
cõmune.  
Toxaris Scythia.*

nos ad Scythicam ipsorum originem deduci; nec parum hinc roboris iis accedere quæ à me de prisca ipsorum tum sedibus tum nominibus ex Herodoto & Dionysio Afro conclusa sunt; quandoquidem, quod præcipuum fuit Scythicæ nobilitatis indicium, hæc nimirum diopetea dona posse citra noxam atrectare, eius in bobus regiis clarum extet monumentum, in quibus & iugum denotatur. Securis ut omnibus esset communis, hærebat tamen non parum indicij quibus ex oris in Germaniam commigrassent; ex illis, inquam, in quas ditivinitus bipennis olim delapsa fertur. Diligenter quidem Lazius in huius forma demonstranda laboravit; sed nec dum apud me facere quiviit ut in suas partes pedaneum nostrum traheret assensum. Duos citat quibus nititur auctores, Procopium & Agathium, quorum verba antè audienda quàm quid de iis sentiam aut exponi aut intelligi commodè possit. Agathius Francorum arma describens inter alia, Ensis, inquit, à femore; ex latere scutum dependet; arcus, funda, & tormenta eiusmodi cetera, tela saxæ torquentia insueta his sunt, sed dolabras securisve ancipites gestant, & brevia pro patria consuetudine tela, quæ ipsi Anconas, ut diximus, vocant, & quibus res magnas, cum opus est, gerunt, & tunc præsertim cum pede collato decertant, aut in hostem incurrunt. Huius teli pars maior ferro obducta est, ita ut ex hasta parum aliquid præter capulum totum vix proferat; in superiori autem parte circa ferri aciem ipsam recurvæ extant utrimque, tamquam hami, laminulæ quædam coarctatæ peracutæque, & ad ipsius teli partem inferiorem deurgunt. Id teli genus in ipso congressu emittunt, ita ut si altius fortè inhæserit corpori, subeat mox, uti par est, & acies ipsa hamata: vnde nec qui vulnus exceperit, nec alius quisquam queat id telum auellere. Urget namque recurva acies illa ceruice latius hærens, doloresque adfert acerbiores; atque adeò ut si non aliàs hostis lethali sit vulnere ictus, ex eo tamen emoritur: quòd si impactum clypeo telum id fuerit, ex eo mox pendulum hæret, & circumfertur, per solumque trahitur. Vnde ea est Francorum consuetudo, ut ubi affixum scuto telum id viderint, impetu facto ac pede capulo conculcato hostis scutum umbone quassatum perfringant; quo fit ut & gestantis manu depressa caput illi nudetur & pectus: hoc pacto hostem nactus nulla parte munitum, siue frontem securi percutiat, siue gulam ferro traiciat, confestim obruncat. Idem paucis antè versibus: Siquidem alibi secures acuebantur, hic patria tela, quæ illi Anconas dicunt. Audiatur nunc Procopius de exercitu Theodoberti in Italiam ducto loquens: Sed maiorem in partem hi pedites erant, perpauci equites; & hi quidem hastati, ceteri verò nec arcus quidem nec tela gestantes, sed enses & clypeum, securimque, cuius ferrum crassius erat & utrimque acutum; hasta verò brevis admodum. Hanc Franci securim in primo congressu in hostem iacere consueverunt, & eo impetu ut hostium scuta perfringant, & ipsos simul interimant. Hæc ille. Lazius ex his Anconam ab Agathio descriptam eandem esse putat cum securi à Procopio depicta; contra quam sententiam ipse Agathius inclamat, aiens se inter dolabram securisve ancipitem & anconas plurimum discriminis annotasse: Anconas conici, & si scuto inhæserint, hastam earum per terram trahi, & mox ab eo qui coniecerit accuri, & hastile pede conculcari; qua vi scuto vel fracto vel deorsum presso caput & pectus aduersarij nudari, & frontem & gulam securis ictui patere. Quinam hic intelligas Anconam, quæ supernè ita scuto est infixæ ut euelli nequeat & infernè pede Franci calcatur, vel gulam traici vel frontem feriri vel caput obruncari posse? An non utriusque usus aperte ostenditur; Anconæ, ut scutum deprimat pedis iniectu, securis, ut vel fronte vel gula cæsa hostem obruncet? Quis dubitari igitur potest de securis & anconæ diuersitate? Iam palàm dicitur, alio loco secures acui, alio loco tela quæ Franci Anconas dicunt. Atqui dixit Procopius, secures quoque conici. Sit ita. Num inde efficitur eandem securim esse & anconam? Scimus nos quoque hac ætate ab iis qui Cimbrorum ad Germanicum Oceanum Chersonesum & vicina loca colunt, secures certissimo ictu conici; sed non tam longi capuli sunt ut supernè hærente ferro per terram trahantur: nec hoc Procopius de bipennibus prodidit. Uterque & Procopius & Agathius securim ancipitem fecit, sed neuter addidit Germanicum nomen; quod & hætenus ignorassemus, nisi à Gregorio Turonensi episcopo expressum fuisset; qui illam non ceteris modò Francis omnibus, sed Clodouæo etiam regi semper in promptu & ad manum fuisse indicans, Francescam nominari dixit eo loco quo eum qui vrceum templo

*Securis Francorum regum insigne.*

*Ancona teli genus.*

*Francesca securis Francorum.*



templo suppilatum Ludouico ad restituendum petenti obstiterat, regia bipenni percussum declarat. Quemadmodum igitur à Sagis Sagaris nomen olim duxerat, ita bipennis à Francis, quorum propria videtur fuisse; more à securi in Scythiam caelo delapsa deducto. Qua de re non mala sit, meo quidem iudicio, coniectura, quæ ab Herodoto de hoc miraculo scribuntur, ea non generatim ad quosuis Scythas, sed propriè ad liberos Scythas pertinere; qui quò libertatem suam non contra externos tantum, sed domi etiam inter se conseruarent, regem suum ad Octapodum ritum vehi voluerunt, ne se extolleret supra illos qui omnium ferè liberorum Scytharum essent pauperrimi, octobonum pedibus se suaque omnia portantes. Quid enim refert hostine seruias an domesticorum tyranno, cum utroque modo libertas tollatur; & indignius videatur & intolerabilius à suis quàm ab exteris opprimi? Carnorum dux iam eligendus, rustico vestitu prodit, & à rustico ad has partes delecto potestatem ambit, & interrogatus an ius cuique suum sit redditurus, idque se facturum pollicitus vilissimo quodam & contempto pretio à rustico illo cui publicè id negotij datum, ad gubernandum admittitur. Hinc & illud Gotalanorum, regem suum perinde atque quemuis ex infima plebe alloquentium, *Nos como vos*. qua formula se pares regi ostendunt, & eum non aliunde quàm ab ipsis imperium suscepisse. Non fuit igitur apud Francos citra grauissimam causam ad ipsum vsque Hildericum postremum ex recto Merouei stemmate descendentem, hic ritus vetustissimus obseruatus, ut rex nihilo sublimior octapodibus censeretur, excepta sola illa potestate quam popularium suorum suffragiis & permissa teneret. Inter insignia bipenni æquè atque infimus quisque euchiridij loco utebatur, quæ quare caelo delapsa fingatur, in Gotodanicis satis explicatum; ad quæ eum remitto, qui accuratius veterum Scytharum hac in re rationes peruidere desiderabit. Et quoniam liberorum Scytharum, id est Francorum, proprium erat hoc armorum genus æquè in pace & agro atque in bello & castris vtendum, meritò Francesca vocabatur; nec ea tamen sola de causa, ut omnia Cimmericorum symbola rationum sunt fecunda, sed propterea etiam, quòd instrumentum esset quo Francisia, id est, latissima illa libertas potissimum conseruaretur. Duabus enim maximè rebus ad liberalem vitam & homine ingenuo dignum opus est; altera, ut res pecuaria & agricultura diligenter administraretur, ne quæ necessaria sunt, ea aliunde sint humili animo & seruili emendicanda; altera, ut quæ labore tuo pepereris, atque ad vitam commoditates & copias compararis, ea armis aduersus rapinas hosticas defendantur. Harum utramque securis præstabit, quæ ut ob aliam causam cuius vltiò offerendam, ita ob hanc etiam bipennis erat, ut altera acies ad rem rusticam & castrimetationem seruiret, altera ad cædendum hostem seruaretur. Anconæ verò non perinde atque bipennis inter ordinaria arma computabantur, ut ex Procopij loco modò à nobis in medium allato cuius liquere potest: nec item sic erant Francorum propriæ, ut non aliæ quoque gentes iis in bello vterentur, quod Appiani quinto ciuili belli libro verba satis declarant: At verò, inquit interpretis lingua, Menecrates cum iaculo ad Hiberorum formam multis hamis ferreis inserto femur saucius, subito telum educere non posset, & ob id bello inutilis existeret, reliquos ad pugnam hortaturus constitit. Hæc huius auctoris verba Lazius ad securim accommodauit, quàm aptè cuius facile videbit. Quemadmodum autem bipennis Francesca dicebatur, ita hoc iaculi genus prorsus ab illa diuersum Anconam vocari Agathius testatur: quam vocem, si hanc litterarum compositionem quam eius interpretis habet, seruemus, illud telum significabit quòd pendere & potest & audet; potest quidem propter hamos; audet verò, quia sic hastile ferro est obductum, nihil ut metuat ne amputetur; deinde his duabus rebus eos defraudat quibus est iniectum: quæ omnia Anconæ nomine à linguæ nostræ peritis intelliguntur. Vant enim pendere significat; Vant idem est quòd figo, vnde Anster instrumentum quo vel naues figuntur, vel trabes in muris firmo nexu continentur, vocabulum nemini vernarum nostrorum ignotum: à quo si Græci & Latini anchoræ nomen se mutuatos esse negent, de suis scriniis meliorem significationis rationem depromant. Gemino igitur modo prior syllaba intelligi potest, & utroque ad rem accommodato, quandoquidem iaculum hoc & pendeat, & pendendo hostem figat, ut in Menecrate contigit. Aspiratio autem, ne fraudi sint hæc minutæ neglectæ interpretanti, à nostratibus in compositione frequentissimè tollitur. Posterior verò syllaba Con non duplicem

Octapodum ritus apud Scythas.

Carnorum ducis inaugurationatio.

Gotalanorum regem alloquendum consuetudo.

Securis Francorum cuius rei symbolum.

Ancona etymon. Hanc. Hinc. Ancker.

Con.

plicem modò, sed triplicem habet notationem; ita vt ea intelligatur, possum, scio, & audeo: Vnde Coning pro Rege deriuatur. Iam & compositio tota sic exponi potest, vt sic *Ancon* / & compositionis causa exempta adspiratione, *Ancon*; qua quidem expositione telum signabitur quod & pendendo & sistendo fraudat. Minutilla sunt hæc, fateor, sed luculenta tamen indicia quo olim sermone Franci sint locuti, quamque is sit felix & copiosus ad voces breui illas quidem litterarum contextu, sed notatione amplissima componendas. Num quisquam melius vsus huius teli multis verbis delineare queat, quam duæ hæc syllabæ cum aspectui subiecerunt? Quamuis autem hoc iaculum Franci haud secus atque Iberi aliquando ad manum habebant, non tamen aut proprius ipsis aut perpetuus eius fuit vsus, quòd iaculi loco ipsas etiam bipennes certissimis & violentissimis ictibus in hostem coniecerent; quæ, veluti balista aut scorpione excussæ, & clypeos & arma pondere & acie sua penetrabant, vt hæctenus ij norunt qui securibus iaciendis assueuerunt: quam ipsorum pugnandi consuetudinem non Procopius tantum, sed alij etiam scriptores memoriæ tradiderunt, inter quos Sidonius Apollinatis:

*Excussisse citas vastum per inane bipennes,*

*Et plagæ præscisse locum, clypeosque rotare*

*Ludus, & intortas præcedere saltibus hastas.*

Quibus elegantissimis versibus Francescas simul & Anconas descripsit; illas quidem apertè, has verò sub hastarum nomenclatura, quas coniectas euestigio Francos sequi dicit, quò nimirum hastili conculcato vel totum hominem, si corpori hæserit, vel clypeum vnà deprimant ad eum modum quem Agathius clarissimis verbis depinxit. Arbitror ex his perspicuum euasisse, aliud bipennem aliud anconam esse, quas ex iisdem eorundem auctorum, quibus ego diuersas esse docui, verbis Lazius pro eodem bellico instrumento accipiendas putauit, in hoc eius inconsiderantiæ, meo iudicio, reus quam mihi fateor non rarò deprecandam; dum vix à me impetrare possum, vt quæ semel effusa sunt, & chartis volante penna illita relegam, & iudicio corrigam maturiore. Et hæc quidem de Scythico regum Francorum plaustro & bipenni certis & luculentis indiciis, quibus ex oris ad Oceanum Germanicum & Rheni ripas olim migrarint. Quæ

*Barbam & crines cur auerint Franci.*

verò de causa crines & barbam summissam aluerint, non est difficile ad coniectandum. Cum reges in terra viuam Dei imaginem præ se ferant, nefas est vt quisquam mortaliū vel minimum in iis ausit violare, immo ne illa quidem attingere quæ natura vel ad decorem vel ad tegmen comparauit. Quamobrem vt regia Maiestas intacta & omnibus modis inuiolata seruaretur, sacro sancto ritu cautum erat, ne & barba & capillus vel tonderetur vel raderetur. Hanc comæ barbæque alendæ causam non ego commentus sum, sed ex ipsis Dei verbis didici; qui Mosi inter cetera præcepit, ne sacerdotes aut capillum aut barbam raderent, ne quos sanctos esse volebat, ferro & alienis manibus polluerentur. Antiquitus iidem erant & sacrorum antistites & reges; quod

*Reges antiquitus iidem & sacerdotes.*

Melchisedec, quem regem iustum Latine vertas, exemplo suo docet: ad quem venerandæ antiquitatis morem notandum Virgilius cecinit: *Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiusque sacerdos*. Non citra causam igitur Græcorum philosophi capillitium & barbam nutriebant, quò sese solos dignos monstrarent quibus & sacrorum cura & Reip. gubernacula committerentur; tametsi fortasse ritus eius origo ignoraretur, variisque sannis hoc nomine in prosceniis notarentur. Plato certè, dum philosophum regnare vult, an non dicere videtur inter cetera quæ regem decent, illud etiam esse, vt barbam & capillum philosophorum more submittat? Sicut autem summos viros & in altissimo humanarum rerum fastigio constitutos hic naturæ ornatus maximè decebat,

*Barba & comæ rasi olim luctus indicium.*

ita contrà infimæ erat & abiectissimæ humilitatis, capillū & barbam radere: quod de

Esaiæ verbis planctum Moabitarum vaticinantis cuius in promptu est: *Moab, inquit, ululabit, in cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur*. Hieremias item luctus summiq; mæroris indicium dedit, dum dixit ob Godoliam ab Ismaële occisum octoginta viros venisse è Samaria rasis barbis & capillis, & vestibus conscissis squallentes, vt sacris operarentur, ad Deum reddendum rebus suis propitium, & quam visus fuisset esse, benigniorem. Multa sacræ scripturæ testimonia de vetustissimo hoc ritu citare possemus, sed hos duos adduxisse instar est plurimorum. Non possum tamen tacitus præterire Iliacum lugendi ritum, de quo Firmici Materni hæc sunt verba in eo

libro quem de erroribus profanarum religionum scripsit: In adytis, inquit, habent idolum Osiridis sepultum; hoc annuis luctibus plangunt; radunt capita, vt miserandum casum regis sui turpitudine dehonestati defleant capitis. Iam vt ex his perspicuum est, rasum caput luctus indicium habuisse antiquitùs, ita notior est Absolonis promissa coma quàm vt pluribus verbis probanda hìc sit huius consuetudinis vetustas, quæ non ex hominum tantùm arbitratu & constitutione, sed ipsa etiam rerum natura duxit primordia. Vt enim nihil lætius, iucundius, amœnium, pulcrius quàm arbores & omne plantarum genus foliis suis gratissimum oculis spectaculum exhibere; ita contrà nihil horridius, nihil tristius caluitio hiberno. Hinc poëtæ Orphici Apollinem intonsum præcipuè inter ceteros Deos vocabant; tum quòd, vt Hesychius scribit, ἀπειθής sit, id est, ab omni luctu remotus, tum quòd accedens ad nos omnia frondibus & floribus vestiat, tum quòd regis exemplar de cælo mortalium oculis subiiciat. Monstrat enim nobis ex vnus folius gubernatione plus felicitatis ad remp. venire quàm ex innumeris sideribus per noctem conspectis: & sicut hæc lumen suum ei submitunt, vt solus omnia illustrare videatur; ita hoc ad communem hominum salutem maximè pertinere, vt omnes vnus imperio sic subsint, vt nemo quicquam sibi citra huius permissum audeat arrogare. Qua de causa à verustissimis poëtis & historiae etiam scriptoribus, vt antè monui, præ ceteris diis cognomen regis visus est mereri; non illud quidem quoduis, sed quod Græci ἀναξ proferunt, ab Eustathio & Plutarcho sic expositum, vt ab ἀνοξ deriuari arbitrentur, aliis ad aliam originem vocantibus; de quorum controuersia conicio à Barbaris hanc vocem ad Græcos, perinde atque multas alias, ipso etiam Socrate confitente, venisse. Nobis principium numerorum & omnium rerum vocatur *En* vel *ein* vel *ain* varietate dialectorum alium & alium sonum afferente; vnde εἰς Græcorum, & vnum Latinorum: quorum natales nostrates esse tum etymologia latè in Hermathena à me explicata, tum analogia nobis peculiaris ostendit, propterea quòd conuersis vox litteris, vt ex *En* fiat *Ree*/contrarium profus significet, rem nimirum ab omni vnus natura eximens. *Arst* verò æstimationem & dignationem vertas, si vt nomen vsurpetur, sin vt verbù, idem est quod æstimo vel magnifacio & honore dignor, commune ad indicandi & imperandi modum. *Ain*-*arst* itaque tantundem est ac si dicas, Vnum magni fac & insigni honore dignare. Iam Tau finiens dictionem adimi Græcorum caracterismus postulat, & C cum adspiratione in ξ transire frequens est, vt ex *Arst* Latini fecerunt Rex, à *Legst* Lex, ex *Ambiozst* Ambiorix, alia ex aliis super sua incude ad Latinam formam fabricati. Est quisquam nunc tam cæcus, tam hebes, tam vecors, vt non mox intelligat nulli magis creaturæ hanc appellatione conuenire quàm ipsi Soli clarissimo ipsius summe vnitatis speculo, & simulacro corporato? Quid aliud vnica illa totius mundi lux omnibus corporibus lumen communicans, quoad eius natura ipsorum capax est, dicere videtur, quàm ipsum vnum plurimi faciendum esse, & tanto æstimandum pluris, quanto clarissima hæc fax ceteris omnibus corporibus præstat: qua in re latius declarada si multus sim, lychnum meridiano Soli videbor accendisse, & alioqui tam viua hæc est & efficax vnus Dei imago, nihil vt inueniri queat quod infinitam eius bonitatem magis ob oculos ponat, magis mēti insinuet, magis per omnes beneficiorum gradus declaret. Vix me teneo quin exclamem, ô Anax vnicum & singulare inter omnia corporata diuinitatis simulacrum, oculos nostros sic radiis tuis illultra, sic corpori calore infunde, sic nos vitali tua aura excita, vt mens nostra ductu & præmonstratione tua ad ipsum vnum subuolare contendat, & cum eo sese vnire cuius vnus attactu totius felicitatis summa continetur. Succinam & illi qui dixit: ἀναξ παῖων ὁ βασιλεὺ κατὰ παῦσον Ἀπόλλων. Ceterum dicas Castori & Polluci peculiari etiam & suo quodam iure à Græcis hoc cognomen tributum, dum Anaces vocantur. Abripis me ad immensum contemplationis campum; in quo quantumuis multa spatia confecero, semper tamen plura quàm mentis oculis, nedum corporis, comprehendere queant, restabunt. Orphicorum princeps, quisquis is fuerit, generis humani seruatorem & eius in terris præcursores his nominibus nuncupauit, quorum hic ipsum vnū monstrauit, ille mortale genus morte sua ad vnum deduxit: Qua de causa rectissimè hac voce Cimbrica vocatur. Sed his alibi locus erit. Nunc ad capillos & barbam heroum maximorum insignia, de quibus testimonia & rationes tot sunt, vt ingens volumen explere possent: nobis satis esto, manus Mercurialis officio defungi, ea demonstrata

Barba & coma laudes.

Apollo intonsus, regis exemplar.

Apollo cur & vnde ἀναξ cognominatus.

En.

Arst.

Castori & Polluci peculiari etiam & suo quodam iure à Græcis hoc cognomen tributum, dum Anaces vocantur.

demonstrata

demōstrata via per quam citra errores ad priscam veritatem liceat peruenire, quam corruptissimi Græcorum mores sic contaminarunt, vt capillus submissus cynædorū potius & mollissimorum hominum quàm Sacerdotum, regum, & philosophorū insigne videretur, re etiam in prouerbiū obscenum, cuius Synesius in caluitio meminit, deducta. Videas nunc, quàm iusta ratione, & quàm conuenienti tum sacris litteris omni Græcorum scriptura antiquioribus, tum ipsi naturæ & eius regi clarissimo optimoq. omnis gubernationis humanæ exemplari Francorum reges nutriuerint & barbam & capillum. Neque quicquam abominandum magis ipsis & horredum videbatur, quàm si regis comæ pars aliqua vel minima fuisset caesa: quod illustri exēplo docetur ex Gregorio Turonensi, qui Dagobertum contra Saxonas dubio Marte pugnantem, & iam parte capillorum caesim detruncata, periculo proximū narrat, hanc comæ partē protinus ad patrem trāsmisisse, quod rei tantæ tamq. nefariæ & abominandæ spectaculo motus ad suppetias ferendas quam maximè posset acceleraret. Quid ad hoc Lotarius pater? Quid? tanta fœditate regis insignibus allata, tam immani ira exarsit, vt subitò per noctem exercitum rapiēs potius quàm ducens, Saxonas velut vrsus sæuiens inuaferit, mandaritq. suis, vt ad mēsuram ensis hostes detruncarent, neq. cuiusquam cadauer longius quàm is esset, sinerent iacere. Quis hīc non animaduertat, vt Deus sacerdotes suos cæsarie, barbaq. tonsa pollui dicebat, ita Francos putasse regiam Maiestatē contaminari, si coma fuisset amputata? Quod si Gregorius Turonēsis ceteriq. Ogenium hunc ritum & Leuitico Mosis ad-

missim consentiētem pro eo ac oportet ad restā trutinā expēdissent, minū de regum Francorū antiquitate dubitassent, quam equidem partim aliunde, vt prius annotatum, partim hinc tantam existimo, vt ad primos Ianigenas regales hęc carimonie referēdæ videantur. Sanè dum hanc intueor Francorum cum iis quæ naturæ sacrifq. diuini legum latoris libris tam ad vnguem quadrant, magis magisq. mihi cogor placere, tum de Francici nominis origine reperta, tum de amoribus Apollinis & Branchi explicatis. Quid enim intonso siue Aërsicomæ regi magis conueniat, quàm eos reges amatē qui ipsum cultu corporis quàm maximè imitarentur: si Socratis testificatione ab eo quisq. Deo maximè amatur, cuius dotes morum omniq. officiorū similitudine quàm proximè amulatur, & vim earū claro exēplo mortalibus ostendit atq. cōmendat? Num aliud maius est veritatis argumentum, quàm insignis & perpetua sibi veluti catena hærens omnium tum rerum tum verborum inter se consensio? Qui, rogo, rectius ipsius Apollinis Anaëctis imaginem exprimere Francus potuit, quàm si regem suum perinde atque ille est Aërsicomē perpetuò esse vellet? Ex his modò & illud in lucē venit, cur ceteri Franci partem capillorum & barbæ tonderēt, quo non aliud indicabant quàm se lubentes vni regi subesse. Sed iam satis de crinitis regibus: de quibus vt longè infra quàm vel res ipsa exigere videtur, vel mihi facultas esset, egerim, plus tamē fortasse dixi quàm obtusæ quorundā morosorum hominū aures ferre possint. Qui verò fuerint φιλοφῶγοι inter Scythas siue pileati, non sit arduum ad coniectandū, si ea quæ in Croniis de pileorum vsus antiquitate à me exposita sunt, non respuantur. Si enim insigne libertatis pileus fuit de vetustissimo vel Nochi vel liberorum instituto, vt illius pilei quo in arca seruati sunt ab vndis, monumētum in hoc ritu extaret sempiternū, quid ni dicamus apud eos qui summam generis sui propagandi libertatē profitebantur, hunc morem sacrosanctū fuisse, vt ij qui secundum regē & eius liberos atq. cognatos in summo honore versabantur, pileis vterentur, quò sese præ ceteris in libertate tuenda augendaq. eximios monstrarent, & vulgo hominum longè excellentiores ad id præstandū quod tota gens nomine suo præ se ferebat? Crediderim itaque hos eos fuisse qui postea Salios se nominarūt, è quibus reges legi solere Otto Frisingensis prodidit, ita vt pileatorum nomē huic ordini qui postea equestri titulo fuit insignitus, quondam fuisse credam. Quemadmodū itaq. Franci inter ceteros Scythas libertatis se nomine iactabant, ita Pilophori inter Francos præ ceteris omnibus hoc insigni libertatis ornabantur: quod eo significantiorem vim symboli in sermone Teutonico, quo Scythas vsos fuisse alibi demōstrauī, habebat; quòd vox Hoyt/quo pileus notatur, ab Hoy/ quod est, tueor, custodio, & defendo, deriuetur. Vnde intelligas eos qui pileis vterētur, profiteri, sese semper excubare ad totius populi custodiā atq. tutelā: qua de vocis & rei, quæ propria est nobilitatis, consonantia luculentum existit signū, quæ gens in hoc libertatis simbolo ceteris præiuerit, cum frustra Græci, frustra Latini, frustra Hebræi vel hanc vel parē no-

*Coma regis partem fuisse abscissam, quàm fuerit abominandū Francu.*

*Francorum regum carimoniarū antiquitas.*

*Barbe & capillorum partem cur Franci tondere cōsueuerunt.*

*Pilophori Scythæ qui fuerunt.*

*Pileus cuius rei symbolū.*

*Hoyt.*

tationis rationem intra sermonis sui latifundia sint quæsituri. Omnibus profectò votis optandum, vt qui sese stemmatis iactant, non tantùm horù Scytharum more pileati essent, sed perpetuò Germanicæ pileorum nomēclaturæ monitu id sibi antiquissimū existimarent, vt remp. cum foris tum domi consiliis armisq. tuerentur, & communem suorum libertatem non minùs reapse contra quosuis vel ciuiles vel externos insultus, contra omnem peruersorum hominum malitiam, contra seditiosas inquietorù nebulonum insidias, deniq. contra cuncta ea quæ aut publicæ omnium aut priuatæ cuiusque saluti aduersantur, custodiat, defendat atq. propugnet. Cùm igitur nostrati pilei nomine hæc officij generosorum proprij tessera designetur, non mirum est, equestrem Francorù ordinem pileo se insignire voluisse, quò omnes intelligerent non se solum Francos, id est, liberos, sed libertatis etiam ceterorum ciuium semper fore propugnatores. Vidēsne quàm aptè, quàm concinnè quæ de antiquissimis Scytharum prodita sunt liberis Scythis cōueniant, quàm amicè res & nomina conspirent, quàm inter se connexa sint atq. deuincta, quàm ipsa rerù cōsecutio omnem caliginē discutiat, quàm sermo ipse Francorù vernaculus obscurissima quæq. interpretetur, & ab exordiis ad scopū destinatū deducat. Sed iam dum sat diu huic Pilophorum tessera in seruitum, donemur & nos pileo, quò liber sit ad cetera progressus. Reuertamur ad Merouingos, quorum cælestis & diuina virtus cùm tandem senio contabuisset, atque in Hilderico postremo titulo tenus rege extincta prorsus esset, regni clauus iterū ad nostrates peruenit, cuius rei initio annotato & ad Carolū Magnum deducto, finem faciam antiquariæ huic inuestigationi. Tam claræ & eximie huius viri dotes fuerūt, tam illustria rerum gestarū decora, vt de eius natali solo non secus atq. de Homeri multorù contentione gentiū sit certatum, omnibus studiosissimè sibi tantam gloriam totis ingenij viribus vindicare molitis, nullius interim rei minùs sollicitis quàm ipsius veritatis. Ceterum si tanta rerum posteriorù memoriæ mandandarū, quanta bene præclarèq. gerendarum diligentia præditi maiores nostri fuissent, non cogentur historiæ scriptores in hanc descendere rixosam controuersiarum arenam. Nos tamen quò tempori chartæque parcamus, aliorum opiniones tamquam enormi spatio à vero dissidentes omitemus, contenti id vnum exponere quod in patriis partim monumentis, partim scriptis inuenitur. Scripsi aliàs Theodorici filiam, Theodoberti sororem, Vtiloni Theodonis Magni Bauarorum ducis fratri nupsisse, atque dotis nomine cum alia, tum limitis Antwerpiani præfecturam marito suo attulisse, cuius rei equidem me fateor non alterius testificatione quàm Auentini stertisse, qui tamen in re obscura plura se dicit scribere quàm credat, verbis & sententia hac parte Q. Curtium de rebus ab Alexandro Magno ad Indoscythiam gestis loquentem inuitatus. Vt cumq. res habeat, id omnium constat apertissima confessione, generis Carolingorum principia Antwerpiano limiti deberi, qui non tã angustis quàm fortè quisquã putariē terminis includebatur. Totam enim præter longum littorum latè patentium tractum Asbaniam & Eburonum regionem & vicinas complectebatur, quò rei frumentariæ ceterarumque rerum, quibus magnis latorum limitum præsidii opus est, copia suppeditaretur. Hinc, vt alibi dixi, Albanix regioni, Thenis & Landasio opidis, Getæ siue potius Getasio fluuio vel ab alimentis vel à decimis nomina deducta. Totam autem hanc ditionem Romani Arborichis custodiendam dederunt; & quò meliùs custodirent, eam iis sic hæreditario iure tribuerunt, vt vectigalibus obnoxia nullis, diligentiusque exulta tantum frumētī alimentorumq. daret, quantum ad limitem hunc contra Francos tuendum necessarium esset. Inter hos Arborichos duces fuerunt Caroli maiores, qui exercitui suo cui præerant, nomen Brauæ bandæ dederunt; quia soli videlicet Francorum viribus obstarent potentiùs quàm ipsi Romani, qui Treueris & locis vicinis ad secundam Germaniam defendendam in præsidiis erant collocati. Hinc factum, vt dum Caroli genus altiùs repetitur, & in caliginem, vt fieri solet, natalium deuenitur, Brabones fingantur, quo nomine Brauæ bandæ duces intelliguntur.

*Antwerpiani limitis præfectura Vtiloni in dotem data.*

*Carolingorū principia Antwerpiano limiti deberi. Antwerpiani limitis amplitudo, & præfectorum successio.*

*Caroli Magni maiores Arborichorū duces. Braua bandæ.*

*Brabon quæ occasione finguntur.*

Primus certè cuius proprium nomen ad posteriorum memoriam venit, Carolus fuit, quem Brabonis filium fingunt, id est, eius qui à Romanis huius limitis præfecturam sortitus esset. Quoniam verò Germanis siue Thungris, quo nomine tum Aduaticorum posteritas vocabatur, contra Germanos Francos minùs fidebant, societatis obsides ab ipsis accipiebant vel liberos vel fratres vel sanguine proximos. Inde factum vt frequens fuerit

inter

inter principes Ansegisi nomē, quo societatis obses vernaculis nostris notatur, quia Anse-  
 societatem signet, ab An-sie/quod est respicio vel rationem cuiuspiam in re quapiam ge-  
 renda habeo, vnde ciuitates Germanicæ in mercatu confœderatę Anse steden/id est, socię  
 ciuitates vocantur. Gis verò vel Gisel obses nominatur. Quamobrē Carolus, primus eo-  
 rum quorū memoria litteris consignata est, filium suum Ansegisum vocauit, certus eum  
 fore obsidem apud Romanos in ita contra Francos societatis. Et ipse quidē primus Ca-  
 rolus non aliunde nomen nactus videtur, quā quod parentes ominarentur, eū quem  
 sic nuncuparunt apicem fore inter eos quos Romani caros haberent. Nihil igitur Anse-  
 giso cum Trojanorum Anchise, nisi fortē & ille apud priscos nomen ab eadem re fuerit  
 adeptus, quod ita ne sit an non, nihil ad nos. Ansegisus itaq. Caroli, cui à breui naso co-  
 gnomen datū, filius huius limitis comes ex obside factus, primus à Romanis videtur de-  
 sciuisse, Francorū armis coactus, vt paullo antē de Arborichis explicatū, quibus, licet re-  
 liqua sua ditione non spoliaretur, ex fœdere tamen de limitaneo iure cessit, quò Franci  
 sibi ipsi præstarent securitatem. Huius liberorū nomina cum ignorētur, factū vt à Braua  
 banda successores vocarentur Brabones vsque ad Carolomannū Landasij natum; à quo  
 vera historia exordium sumit. Huic Lotarius Francorum rex restituit limitem Antwer-  
 pianū, quem Clodio maioribus ipsius abstulerat, quò contra Romanos eum non Arbo-  
 richi sed Franci tuerentur. Huic Landas, vt natale solū, ita imperij sedes scribitur fuisse,  
 quo loco ad quinquaginta quinque annos princeps Pippinum, cui à patria Landasio co-  
 gnomē, sustulit, fuit ei & filia Amelberga nomine, cuius filius Walbertus duas habuit fi-  
 lias ob vitę sanctimoniam in diuarum numerum relatas, Aldegundem & Waltrudem:  
 quarū hæc nupta fuit Vincētio comiti Hannoniæ; è qua natus Landricus episcopus Me-  
 tensis cum duabus sororibus quæ virginitate sua Deo dicata vnà cum fratre in Diuorū  
 societate sunt cooptati. Amelbergæ item Amelberga filia fuit, quæ nupta Witgero do-  
 mino Hamensi, filiam habuit Goedelam, cui summum Bruxellis templū consecratum,  
 vnà cum quatuor aliis liberis; inter quos Embertus episcopus Cameracensis; omnibus  
 cælo adscriptis. De Carolomanno versus extant pro eo ac ætas illa ferebat ornati:

*Hic Carolomannus princeps fuit inclytus, ex quo*

*Prosapie Caroli Magni processit origo.*

Carolomanno mortuo Pippinus Landasius succedit, anno à natali Christi sexcētesimo  
 decimoquinto, qui apud Lotariū Francorum regē in tanta fuit & fidei & virtutis exilti-  
 matione, vt Dagobertū regis filium vnà cum Austrasia & omnibus regionibus inter Al-  
 bim & Mosellam susceperit consiliis regendū: qua in re ab Arnulpho Mediomatricum  
 episcopo adiutus, tam egregiam operā præstitit; vt quicquid eximiē à Dagoberto gestum  
 quasi ex assē huic acceptum feratur; cum ceteroquin haud admodum bonæ indolis Da-  
 gobertus esset, vt ex barba pædagogo per contumeliā abscissa, & ex infinitis eius scortis,  
 quæ patre mortuo per collegia publica distribuit, facile sit coniectatu; quam fœditatem  
 cum Pippinus reprehenderet, beneuolentia regis excidit tantisper, dum is vel spurcæ li-  
 bidinis satietate, vel plurimorum grauium virorum monitis ad meliorem frugē rediret.  
 D. Dionysij templum huius Pippini suafu extructū creditur & maximis donis ornatum.  
 Iudei item omnes, quorū ingens multitudo ex Hispania, ne Christianæ religioni nomen  
 dare cogeretur, in Franciam confugerat, in exilium acti; nisi sacro se fonte tingi permit-  
 terēt. Reconciliato Dagobertus filium suum Sigebertum Austrasię regem delignatum  
 credidit, qui ductu auspiciisque ipsius multa fortiter & cum laude contra Sclauos gessit;  
 quorum arma, vt tum temporis per Germaniam grassari cœperant, ita in Asia Sarraceni-  
 vnus auari eunuchi ærario præfecti conuicio, qui eos canes vocarat, irritati, Mahometi-  
 cam sectam per totam Arabiam, Persiam, Syriam armis propagarunt, tanta celeritate, vt  
 nulla vmquam pestis tam subita contagione sit grassata: Nec minorē cladem Germania  
 & Gallia à Sclauis idolorum cultoribus accepisset, nisi Pippini & Austrasianorū virtus,  
 cum Sigeberto regi, tum toti Christianæ Reip. id temporis, si vmquam aliās, necessaria,  
 strenuē obstitisset. Pippino in Diuorū numerū relato, Grimoaldus ex Iutaberga Ducis  
 Aquitanię filia filius successit, Austrasianorum equitum perinde atque pater factus ma-  
 gister. Hunc, si historię Gallorum fides habēda, ambitio à recta via transuersum egit; co-  
 natum, vt fertur, Hildebertum filium suū diademate ornare, Dagoberto Sigeberti filio  
 admodum puero tonso & in Scotiam ablegato. Sunt qui hæc ob inuidiam ab aduersariis

Ansegisus  
 Antwerpia-  
 ni limitu co-  
 mes à Roma-  
 nis ad Fran-  
 cos primus de-  
 fecit.

Ansegisus  
 Antwerpia-  
 ni limitu co-  
 mes à Roma-  
 nis ad Fran-  
 cos primus de-  
 fecit.

Caroloman-  
 no Antwer-  
 pianus limes  
 restitutus.

Landas Caro-  
 lomanni na-  
 tale solum &  
 imperij sedes.

Pipini patria  
 & parentes.  
 Amelberga.

Walbertus.  
 Aldegundis.  
 Waltrudis.

Landricus.  
 Goedela.  
 Embertus.

Pippinus Lan-  
 dasius.

Dagoberti  
 praua indo-  
 les.

Iudei à Pip-  
 pino in exiliū  
 acti.

Sclauorū ar-  
 ma in Ger-  
 mania.

Sarraceni cō-  
 uicio vnū atq;  
 Mahometi se-  
 ctam sequun-  
 tur.

Grimoaldus  
 Pippini filius  
 patri succedit  
 in Austrasia-  
 norū equitum  
 præfectura.

*Begga in fra-  
tris Grimoal-  
di à Clodoueo  
interfecti pos-  
sessiones ad-  
missa.  
Gertrudis.*

*Ansegisus p-  
fidè à Goets-  
wino occisus.*

*Goetswinius  
parricidij pœ-  
nas dat.*

*Pipini Her-  
stalli siue  
Crassie egregia  
facta.*

*Frisia cum  
Ratbodo rege  
à Pipino sub-  
iugata, & si-  
dem edocta.  
Caroli Mar-  
telli principis  
Francorum  
virtus.*

*Sarraceni à  
Martello de-  
uicti.*

*Arriana hæ-  
resis à Mero-  
uingiis oppu-  
gnata.*

*Pippinus par-  
uus.*

*Carolus Ma-  
gnus.  
Carolingi.*

conficta putet. Ut ut res habet, Grimoaldus proelium inire cotta Clodoueuum coactus, vincitur & occiditur. Alij captum in carcere obiisse narrant. Nec desunt qui casum Iupiliæ sepultum fuisse tradat. Illud certum, Beggam, Grimoaldi sororem, Diui Pipini item filiam, in fratris possessiones admissam. Fuit huic ex iisdem parentibus soror Gertrudis, Niuellis virginitate Christo consecrata nobilis. Beggam uxorem duxit Ansegisus, cuius hanc genealogiam accepimus: Vtilo ex Theodobertū sorore Hubertum, Hubertus Afobertum, Afobertus ex Blitilde Lotarij regis filia genuit Arnoldū; qui pater fuit Arnulphi è duce antistitis sacrorū, ex quo natus Ansegisus Beggæ maritus. Hinc licet videre qui per cōiugia Arborichi, è quibus Pipinorū genus ducitur, regibus Francorū affinitate sese cōiunxerint, atq. in priscum limitis Antwerpiani ius, quod Clodio ipsorū maioribus securitatis suæ causā abstulerat, sint restituti. Ansegisus perfidè in venatione occisus est, à Goetswino, què ignobili genere natū educarat, & ad magnas dignitates euexerat; adèd ut post heri sui mortē Beggæ sibi matrimoniū polliceretur, cuius adipiscendi gratia dicitur ex infidiis, nulla alia accedente causā, virum optimè de se meritum interemisse: sed longè falsus est opinione temerè suscepta; quoniam honestissima vidua sceleratissimi & facerrimi parricidæ vitabunda in Arduennam siluam secessit, in qua inter Huiū & Namurcum monasteriū Andinū exstruxit. Ansegiso Pippinus vnicus filius hæres fuit, cui ab Her-stallo, quo loco natus est, ut priori Pippino à Landa, cognomentū tributū, à nonnullis etiam Crasso nuncupato. Hic Goetswinū ob parricidiū admissum profugum & longinquo se exilio tegentē ad multorū dierū iter cum vno solo comite, ne res palām fieret, persecutus, noctu occidit, vnā quotquot in eisdē ædibus essent interēptis. Austrasiam primū cum Martino fratre patruale rexit, qui contra fidē datam ab Ebroino perfidissimo tyranno occisus, Pipino soli rerū gubernacula reliquit. Is dū exulibus Francis veniam reditūq. apud regem impetrare nequiuisset, cōtra regem Bertariumq. equitū magistrū insigni potitus est victoria; & Bertario suorū cōiuratione cæso, totius regni administratio vni Pipino credita, cuius auspiciis tota Francia vires animosq. post diuturna dissidia coniunxit, & in vnum validissimū coaluit corpus. Ratbodū Frisæ regē subiugauit, genti toti Euangelicam doctrinā per Clementis viri sanctissimi conciones impertitus. Pipino lætis rebus insolescenti, Alpaidis magis quàm Plestrudis legitima vxor allubescere cœpit, ex qua Carolū cognomēto Martellū genuit; qui Magister equitū à patre creatus, & post patris mortē à Plestrude, aduersariæ factionis viribus freta, in carcerē detrusus sic noueræ cōsilia virtute sua fregit, ut custodia elapsus non regnū modò totū in suā redegerit potestaté; sed princeps etiā Francorū nouo titulo fuerit vnanimi procerū cōsensu appellatus, cum regis & nomen & insignia ab ipsis oblata renuisset, aiens se regibus imperare malle quàm regē vocari. Hic rebus ingentibus contra Saxones, contra Aquitanos, contra alios gestis, quadringētis circiter Sarracenorū millibus cum rege Abderama cæsis, tantū triūphum adiecit, ut post hominū memoriā nullus omnino regū parē hostium numerū vno prælio fuderit & occidione delerit; què auxit Athino altero rege, qui Galliam, priorem cladē vlturus, inuaserat, post immanē Saracenorū multitudinē cæsam in Hispaniam fugato. Sicut Pippinus prius contra Sclauos Christianis vnicum fuit propugnaculum, ita Martellus velut murus quidam aheneus aduersus Sarracenos diuinitus tum tēporis fuit obiectus. Quamuis nihil aliud vmquam ad religionē tuendam Franci eximiè gessissent, vel his tamen solis nominibus Christianissimi possent vocari. Atqui & ante hos principes, quorū plurimi parentes Diuis sunt cooptati, Merouingi quoq. insignem laudē meruerunt, maximis viribus Arrianam hæresim semper oppugnando, donec funditus esset euerfa, & radicitus hominū animis euulsa. Nec verò hoc tantūm religioni Martellus, ut maximū sit eorū quæ referri queant, præstitit; sed eam etiam pieratē adiunxit, ut Romano pontifici ius suū contra Langobardos tueretur. Martello filius successit Pippinus cognomento paruus, qui primus Brabantorū & huius limitis Antwerpiani comitū regium diadema procerū & Pont. maximi suffragiis & auctoritate sumit, patri suo magnitudine rerum gestarū simillimus. Hic rursūm filium dedit virtute maioribus parē Carolum, qui non tam corpore quàm rebus gestis Magni cognomen est cōsecutus; cui Carolingi deinde, quamuis pleriq. impari laude, successerūt; de qua propagine Philippus D. Caroli filius genus ducens tam illustria habet domestica heroicarū virtutum exempla, ut non existimem in alia gente vel plus vmquam gloriæ extitisse, vel efficaciora, vehementioraque ad populos summa iuxta æquitate atque fortitudine gubernandos incitamenta.

# FRANCICORVM

## LIBER IIII.



NAM tamen mihi reliquam video laboris appendicem, ut nimirum lilia clarissima clarissimæ gentis exponam insignia: de quibus nihil fani quisquam in hanc usque diem scriptorum videtur prodidisse, cum tamen vix alia reperias vel antiquiora, vel plus habentia symbolicæ rationis, vel ad eorum nomen à quibus præferuntur doctius accommodata. Hic mox in primo limine magnam mihi obgannientium turbam obstare cerno; qui vociferantur, Francorum olim ante religionem Christianam susceptam insignia non lilia, sed buffonem fuisse. Verum nihil horum moueor clamoribus, non magis sanè quàm si coruus crocitasset: ea nimirum de causa, quòd, cum nullo idoneo teste nitantur, tum rem nobis occinant absurdissimam. Quid, rogo, rationis habeat, si illustrissimam ab omni sæculorum memoria gentem, atq. eam quidem quæ à perpetuo finium proferendorum studio nomen sibi sumpsit, dicamus buffonis sibi tesseram in militaribus signis accipere voluisse? Insignem verò claritatem ex lucifugo animali coniectes; magnam ad terminos celesti expeditione dilatandos in tardissima bestiola cernas opportunitatem; multum fortitudinis ex eo colligas animalculo, cui nullæ prorsus vires sunt vel ad vim inferendam, vel ad iniuriam euitandam; cui id solum totius vitæ præsidium est, in occultis antris latitare; cui non alia sunt arma, quàm pestiferum venenum & lethale frigidum corporis tabum. Quisquis es qui hoc fortium virorum symbolum quondam fuisse fingis, dic, quæso, num aliquam omnino causam queas reperire, de qua vel minimo tenus probabile reddatur, Francos buffonem sibi in clypeis aut in militaribus signis olim delegisse. Quod si facere non potes, cuius est impudentiæ, postulare ut rem ab omni ratione & veri similitudine remotissimam tibi citra omnia testimonia credamus? Sed video quid sit. Cum tu, quisquis es qui primus id genus nugas historiæ intulisti, nobis obtrusisses, regem Francorum, qui primus sacro se fonte tingi permisit, Clodoueam antea, post Ludouicum dictum fuisse; putasti tibi licere, ut quibus semel falso & indocto figmento illusisses, eis rursus impudentius mendacium cõminisceris. At nos de anili illo tuo deliramento, quo Clodoueam nobis è rege Ludouico somniaisti, apertè deprehendimus, quàm nihil temerè tibi sit assentiendum. Quamobrem nihili faciemus eorum narrationem qui Francos scribunt buffone olim in armis vsos fuisse, nisi posthac clatis vel veterum auctorum testimoniis, vel verarum antiquitatum monumentis id à quoquam confirmatum videamus; propterea, quòd quos semel insignis mendacij cõuicimus, eis non sumus fidem habituri, nisi aut idoneis testibus, aut solidis rationibus sua confirment. Quòd si mihi de fabulæ primordiis coniectura permittatur, dicam quempiam fuisse hominem pietatis quàm Francicæ antiquitatis studiosiorem; qui cum vnde Franci genus duceret ignoraret, commentus, quod proximum erat, Francos terrigenas esse; atq. idcirco animal terra maximè gaudens eorum clypeis congruentissimum fuisse, quo ex eius natura nimirum fraterculi Gigantum intelligerentur. Certè si illorum censuræ standum esset qui Francos Germaniæ indigenas siue autochthones esse scripserunt, non admodum malè huius animalis tessera iis conueniret: at eorum quàm absurda sit assertio, non semel à nobis explicatum. Paulus Æmilius, licet errorem de Clodouei nomine creditum amplexus fuisset, figmentum tamen hoc ex eisdem crassæ ignorantie tenebris profectum indignum historia sua ratus, longè alia de vetustis clarissimæ gentis insignibus scripsit, quæ vnde hauserit, ut legisse me non memini, ita in præsentia peruestigare nec lubet, nec est opera diligentiore dignum. Ait Clodoueam tribus diadematibus rubris in alba parma depictis tantisper vsus fuisse, dum sacro fonte lustratus & cælestis muneris chrismate delibutus fuisset; quo loco sic obiter olei diopeteos fecit mentionem, ut satis ostenderit, non pauca eorum quæ rudi quondam sæculo memoriæ prodita sunt, ad inflammandum potius pietatis studium, quàm ad simplicem historiæ veritatem pertinere. Nobis hoc non agitur: de gentilitiis tantum Francorum insignibus quæstio proponitur:

*Lilia Francorum gentis insignia.*

*Buffone insigni Francos numquàm fuisse vsos.*

*Buffone natura.*

*Buffo quæ occasione in Francorum insignibus putatur fuisse.*



Clodouſi in  
ſignia non  
fuiſſe diade-  
mata.

quæ tria diademata rubra fuiſſe non antè Paulo Æmilio credam, quàm quiſquam eius nomine me doceat lilia quàm diademata purpurea plus habere claritatis. Neque enim decuiſſet vel minimum ſplendoris eius in ſignibus detrahere, qui vltra terreſtria regna quorum ſceptra potitus antea fuiſſet, nunc recens etiam factus eſſet hæres regni cæleſtis. Quòd ſi mutatio aliqua hac ex parte vel decora vel vtilis fuiſſet, debuiffent potius liliis diademata quàm his illa ſuccedere; propterea quòd faciès regni modò poſſeſſi, lilia ſperati dumtaxat præferant ſignum; quorum hoc illud quanto ſit illuſtrius & antiquius qui neſcit, cum fruſtra docere nitamur. Quoniam itaque Æmilius nullum nobis aſſer- tionis ſuæ laudauit auctorem, & in ea hæc, quam expoſui, deprehenditur abſurda cum ipſo decoro repugnantia, non poſſum mihi perſuadere, alia ante Chriſtianam religio- nem, alia poſt Francorum inſignia fuiſſe. Quamobrem aſſerere non veremur, iam inde ab ipſo vetuſtiſſimo gentis primordio horum quæ hætenus videmus, inſignium vſum inualuiſſe: & quòd id firmius credamus, eo potiffimum adducimur argumento, quòd iis nihil aptius, nihil congruentius potuerit excogitari vel Francorum nomenclaturæ vel promiſſioni diuinæ, ob quam iſtam ſibi indiderunt. Video enim id in omnibus tum hieroglyphicis notis, tum quibuſuis ſignis, ſiue generis ſiue militiæ, ſiue cuiuſuis alterius propoſiti aut inſtituti notionem offerant, diligenter à priſcis illis hominibus obſeruatum, vt ea quam maximè illis nominibus conuenirent, quibus res quarum ſymbolum gere- rent, vocarentur. Nolo interim hîc varias inſignium vel cauſas vel occaſiones perfe- qui, nec inquirere quanta ſit eorum apud omnes nationes vetuſtas, quanta varietas, quanta cura & religio; cum ea res & latius pateat quàm præſens hic labor meus extem- poraneus ferat, nec cuiquam eſſe queat obſcura in tanta huius tempeſtatis ambitione. Vulgus arma vocat, quòd inſignia in armis, maximè verò in clypeis, depingi ſculpique conſueuerint, cuius apud Virgilium inter alia hoc exemplum eſt in Auentino Herculis prole, qui ſeptimo Æneidos libro inter primarios Turni ſocios & auxiliares recenſe- tur,

Inſignia cur  
arma dicantur.  
Auentini in-  
ſignia.

*Clypeoq; inſigne parentum*

*Centum angues cinctamq; gerit ſerpentibus hydram.*

Cum cuius alij poëta militaria inſignia à paterna virtute ſumpta dare potuit, tum ei conuenientiffimè applicauit, cui præter maiorum decus nihil amplius erat adſcriptu- rus. Vt autem hæc arma paterni generis memoria decorauit, ita plurimi fuerunt qui- bus ſymbola ad vitam vtilibus præceptis inſtruendam accommodata magis placuiſſe cernuntur. Sic Vlyſſem in clypeo Delphinū geſtare Lycophron obſcuro illo ſuo Pleia- dico lumine nobis indicauit: quo nempe callidus ille ſignificauit, ſeſe eius animalis do- tes maximè ſequi velle, quòd ſimul & humanitate, & miſices amore, & ſtupenda cele- ritate ceteris præſtaret omnibus vel terra vel mari vitam degentibus. Et ſunt profe- ctò id genus inſignia tanto illis quæ de rebus à maiorum quopiam præclare geſtis accipiun- tur excellentiora, quanto habent plus cum artis & ingenij, tum efficacitatis ad animos monitu ſuo perpetuò in officio continendos. Videor mihi, dū hæc Vlyſſis arma intueor, ipſum dicentem audire:

Vlyſſis inſi-  
gnia.

*Et genus & proauos, & quæ non fecimus ipſi,  
Vix ea noſtra puto.*

Homerus ille poëtarum Apollo, animaduertens ſtudioſè à plerique generis claritatem in armis præferri ſolere, illuſtriſſimo nos exemplo docere voluit, quidnam illud eſſet quod homines maximè nobilitaret, ac diis ipſis proximos collocaret. Hic enim Achilli ſuo clypei inſignia non à Thetidis, non à Pelei, non à Iouis, à quibus genus ducebat, ſplendore petèda ſibi putauit, tametſi ab hoc fulmen, quo arma terribilia redderet, po- tuiſſet mutuari: verùm altius humani animi ſupputans decus, rectam nobis ad veram nobilitatem viam oſtendit. Ea enim clypeo inſculpſit, quorum inſpectu animus noſter ad ſummi opificis rapitur contemplationem; quæ cum ſummum bonorum complectatur, ſummam quoque abſoluit nobilitatem. Primum enim Vulcanus omnem ſiderum varietatem in ſcutò depingit; deinde pacis & belli artes omnes & officia addit, nulla ferè earum rerum parte quæ ad hominum cœtus bene gubernandos ſpectant, omiſſa: quo quid aliud voluit indicatum, quàm illud firmiſſimum ad omnem malorum impe- tum propulſandum homini ſcutum eſſe; ſi tota ſeſe ſapientiæ panoplia armarit, atque etiam quibuſuis aduerſitatibus obiecerit? Nec interim otioſam & inertem laudat phi- loſophiam,

Achillis in-  
ſignia.

Iosophiam, sed eam quam ab ordinatis astrorum motionibus ad temp publicam guber-  
 nandam detraxit: vnà & exemplar & finem rerum gerendarum proponens, vnà ipsius  
 exemplaris inter homines vsum exponens. Videant modò qui totam nobilitatem cæ-  
 dibus & sanguine metiuntur, quàm longè ab Homericâ nobilitate absint, quàmq. nihil  
 habeant cum ea communionis pyrgopolinica illi qui sibi eo maximè nomine placent,  
 quòd nihil vquam didicerint humanioris disciplinae. Conferant hoc scutum Achillis  
 qui volèr cum iis in quibus aquilæ, gryphes, leones, pardales, & id genus carniuoræ feræ  
 cernuntur; & examinèt quanto plus ad omnè vim propulsandâ illud quàm hæc habeant  
 firmitatis. Hoc enim in sola philosophia inuenient quod Latinum scuti nomen se per-  
 fecturum profitetur; at contrâ in aquilis & leonibus belluis ad omnem ingenij cultum  
 ineptis, tantum abest vt quicquam cernas quòd satis virium habeat ad hominem ab ad-  
 uerfis defendendum, vt ipsæ hæc feræ ne sese quidem vel à minimorum animalculorum  
 iniuriis, vel à vilissimæ rei obiectu queant tueri. Notius est illud de scarabeo & aquila  
 vulgò iactatum prouerbiū quàm vt sit nobis repetendum. Iam quid leone minus tu-  
 tum, cui vel sola pænula iniecta omnem adimit animum ad sese liberandum? Quorsum  
 igitur horum imagines in scutis præferuntur, quasi in iis momentum aliquod sit ad in-  
 iurias propulsandas & pericula declinanda? Scutum Latini dictum putant à Græca vo- Scuti etymon.  
 ce σκῦτος, quo corium denotatur: quos si roges, vnde σκῦτος nomenclaturam accepe-  
 rit, mutos videbis. Nos è Cimbrica lingua & σκῦτος pro corio, & Scutum pro clypeo Scut.  
 manasse scimus; in qua Scut idem est quod depello, amolior, tueor; quo fit vt & corio &  
 clypeo inde nomen sit tributum. Verùm quia nihil æquè atque philosophia ab aduerfis  
 omnibus tuetur, nihil eius explicatu aptius ad scutum exornandum; & quia tantam hîc  
 nominis & rei videmus concordiam, non possum non suspicari, vel à Thracibus, vel à  
 Phrygibus hanc clypei sculpturam Homerum mutuatum fuisse. Conuenienter admo-  
 dum his ab Hebræo vate dictum est; *Scuto circumdabit te veritas eius*, quo docet in ve-  
 ritate omnis defensionis rationem contineri. Quoniam verò hæc per solam fidem no-  
 bis integra confertur, non possum non gaudere, dum à diuo Paulo moneri me audio,  
 in omnibus accipiendum esse scutum fidei, quo cacodæmonis tela omnia repellam.  
 Verùm satis hæc obiter sunt de Homericâ scuti pictura, re ceteroqui vix multis libris  
 pro eo ac meretur explicanda; quam si nostri nobiles bullatis nugis tumentes bene con-  
 siderarent, non tam sibi de barbaro suo fastu & liberalium artium contemptu place-  
 rent; sed discerent sese quouis potius nomine quàm clarorum dignos esse, quando Nobilitas vnde  
ra vnde existat.  
 omnis claritas non è robustis lacertis & crassis furis, non è Thraconica arrogantiâ &  
 palastrica armorum disciplina; sed ex illustribus animi sapientiæ studiis exculti doti-  
 bus existit. Mirabilem sanè & paradoxum nostris hominibus, nobilitatem suam iac-  
 tantibus, Homerus sese præstitit Heraldum. Attamen si rectè priscam Heraldorum  
 æstimemus dignitatem, deprehendemus eandem de vera nobilitate huius vatis & ve-  
 terum Heraldorum opinionem fuisse: quod, licèt non aliunde, at certè ex ipso Heraldum Heraldus quod  
significat.  
 nomine constaret; quod si iuxta veram vocis originem interpreteris, eum significat se-  
 natorem qui publicè ab omnibus in magna est veneratione habendus. Atqui quis talis  
 reuera, nisi is qui ceteris anteestare scitur? quam haud equidem scio quâ possis à sapientiæ studio, quod  
 philosophiam Pythagoras indigetavit, separare. Ne tamen quisquam sic orationem no-  
 stram intelligat, quasi ex otiosa disputationum diatriba Heraldum censeamus euocan- Philosophus  
absolutus  
quis dicatur.  
 dum, eos demum absolutos philosophos iudicamus, qui ex astris ad hominum com-  
 munitatem rectè gubernandam omnem suam sapientiam detraxerunt, eamque multo  
 diuturnoque vsu sic rebus agendis accommodarunt, vt ceteris magistri & veluti archi-  
 tecti quidam esse queant reip. & in pace & in bello cum eximia laude administrandæ.  
 De vetustis Francorum monumētis scimus, in tanto quondam Heraldos honore fuisse, Heraldus  
quætuor honor  
olim desere-  
batur, coruæ  
officia.  
 vt regum mensis accumberent, controuersiarum inter summos principes ortarum ar-  
 bitri essent, soli denique honorum & dedecorum pro rebus vel bene vel malè gestis iusti  
 haberentur diuitiores. Manet hæc nomen ipsum quidem, sed quàm digni eo  
 sint, quàmque bene munere suo fungi possint qui Heraldum nuncupantur, malo de re ipsa  
 quàm de meo iudicio cognosci. Quemadmodum regum maiestas apud Romanos ad  
 quasdam exigui momenti carimonias tota fuit deiecta, ita hac ætate tota Heraldorum  
 dignitas

*Lilia Franco-  
rum fuisse in-  
signia Nochi  
Atas.*

*Lilia Franco-  
rum è caelo  
delapsa.*

*Lilium spei  
symbolum.*

*Nummus  
Claudij.*

dignitas ex altissimo illo suo fastigio ad sua cuiq. insignium discrimina in armis geren-  
dorum præscribenda descendit, & vix tenuissimam veteris sui honoris ymbra tuetur.  
Nos igitur neglecto horum iudicio qui præter Heraldicæ ritulum nihil habent Heraldicū,  
è vetustissima Francorum disciplina Francorum insignia examinemus. In primis itaq.  
lilia tria, quæ hæcenus in Francorum regum scutis spectantur, iam olim Nochi ætate in  
vfu Francis fuisse dico, & illa quidem caelo delapsa, propterea quòd non quæuis lilia, sed  
cælestia essent; nec ea alij diuinitus data quàm populo Francorum. Longè enim aliter  
nos diopetea lilia interpretamur, quàm ij qui verarum originum in gentium primordiis  
peruestigandis ignari ex crassa ignorantia suæ caligine miracula comminiscuntur. Non  
negamus magnum miraculum, atque adèd maximum, in liliorum insignibus delitescere,  
sed longè aliud illud fuisse dicimus ab eo quo vulgo persuasum videmus. Sicut enim  
è diuini oraculi promissione Nocho facta Iapetus Franci nomen accepit, ita & lilij cæle-  
stis accepit insigne. Quod autem maius miraculum queat cogitari, quàm Nochum  
ante tot sæculorum interualla Iapeto prædicere, aliquando fore vt habitet in taberna-  
culis Semi, & Chanaan sit seruus eius? Si quid vsquam est miraculorum, certè nullum  
miraculum maius, quàm mortalem quempiam futura, quæ solus Deus nouit, prædicere,  
quod tunc Nochum videmus fecisse; cui rei nulla alia causa quàm diuinus instinctus  
dari potest, ita vt meritò hæc promissio diuinitus non humanitus facta dicatur. Quem-  
admodum autem promissio futuræ felicitatis caelo debetur, ita firma fiducia atq. indu-  
bitata promissæ felicitatis spes è caelo etiam hominū animis illabatur necesse est. Quam-  
obrem nihil absurdi, si lilium spei signum ad Francos dicatur è caelo delapsum esse; cum  
nihil sit vsitatius & rationi conuenientius quàm ea signis attribuere quæ propria sunt  
rerum significatarum. Quando igitur præcipuum hoc munus à Deo Iapeto fuit speran-  
dum, vt genus suum singulari quodam modo dilaretur, & præcipuo quodam modo  
ramos extenderet, meritò non cognomen tantum Franci sibi sumpsit, sed ea etiam præ-  
tulit insignia quibus tota posteritas firma felicitatis spe à Deo per Nochum promissæ  
semper erigeretur, ac magno animo ac certa fiducia perferret, si quæ occurrissent, diffi-  
cultates. Præuiderat videlicet de caelo tactus Nochus & eius filius Iapetus, nec exiguas  
nec paucas generi suo angustias & dolores impendere, quibus fracti animi antea deiice-  
rentur & opprimerentur, quàm felicitas diuinitus promissæ cerneretur, nisi perpetuum  
certissimæ spei monumentum posteris reliquissent. Quoniam itaque vt vno lilio spes,  
ita tribus spes omnibus numeris absoluta denotatur, rectissimè factum, vt Francorum  
scutum tribus liliis insigniretur, quo nõ minus de hieroglyphico hoc signo quàm de nomine  
Franci certa futuræ felicitatis fiducia in poste-  
riorum animis excitaretur. Videndum ergo an  
lilium spei signum apud vetustos homines ha-  
beatur, qua in re vellem mihi Græcos Artemi-  
dori Ephefij Onocriticorum libros ad manum  
esse, quo liqueret Liriūmne an Crinon spei  
symbolum fecerit: quandoquidem non igno-  
ro, ex vtraque voce lilium verti posse. Verum  
quia & doctorum hominum, quos consulere  
possem, præsentia, & librorum copia me desti-  
tutum sentio; aliunde cogor quod hac parte  
deest compensare. Ingens mihi adiumentum  
adfert nummus Claudij, tum ad symboli ex-  
plicatum, tum ad certum lilij genus agnosce-  
dum; cum ipsa inscriptio declaret, spem lilio  
denotari, & flos ipse sic sit expressus, vt nemini  
dubium relinquat, quin lilium cæleste referat,  
quod à colorū varietate Iridis nomen sibi vin-  
dicauit. Verum ne quis sit vel ambigendi vel  
tergiuersandi locus, addam quinque diuersos  
nummos, quorum singuli simulacrum spei  
habent,

*Claudij, ex aere.*



*Alexandri Seueri, ex aere.*



*Diadumeniani, ex argento.*



*L. Aelij, ex aere.*



*Traiani, ex argento.*



*Hadriani, ex aere.*



habent dextra prætendentis eundem florem tam affabrè expressum, vt apertissimè tria folia cernas, vnum sursum assurgens, & duo è lateribus ab erecto vtrimque declinantia, quæ formam non lilio albo è Iunonis lacte pronato, sed cælesti cælestem arcum colorum diuersitate referenti videmus ad amussim conuenire. Guilielmus Choulius, qui quàm plurima numismata vernacula huius temporis Gallorum lingua interpretatur, huius floris effigiem ita corrupit, vt ramus oliuæ potius quàm omnino vllius lilij flos esse videatur; quod illi eo facilius condono, quòd hactenus nemo prodiderit quodnam lilij genus esset quod Spei veteres appinxerunt. Quanto Virgilius illius Marcelli amore flagrat, cui ad decimum octauum ætatis annum mortuo Octauia theatrum erexit, quod hactenus semidirutū Romæ cernitur, ipsis etiam Grammaticorū pueris notum. Huius præclaram indolem quàm posset maximè illustrare volens, tantam eius virtutum spem apud populum Romanum excitatam fuisse dicit, quanta maiorem vix animi capere possent. Hanc quòd conuenienti symbolo indicaret, magnæ maximarum rerum expectationi tandem subiecit, *Manibus date lilia plenis*. quasi diceret, Si Marcellus hîc viuere potuisset, tantum ex eo sperandum fuisse Romanis, vt non vno lilio, sed plenis liliorum manipulis spes augusta esset insignienda. Nec dubitare debemus quin vates hîc priscorum rituum obseruantissimus, de illo flore lilij nomen vsurparit, quem veteres spei simulacro dare cõsueuerunt: quod si ita est, cogimur fateri Iridem à Virgilio liliū vocari. Nec equidem de alio lilio Artemidorum intelligendum existimo, quàm de illo ipso quod in sacris sculpturis spem denotabat. Quamobrem vt veritas ab omni liberetur controuersia, clareq. de naturæ & artis collatione cernatur, quòdnam lilij genus ad spem soleat referri, addam numis modò expressis hinc Iridis, hinc Crini siue lilij Iunonij figuram. Quis hîc non videt, tria folia depicta, duo vtrimq. ad latus declinantia, vnum sursum elatum? Quis non videt hanc nummorum picturam non cum lilio Iunonio, sed lilio cælesti, siue cum Iride conuenire? Iam vt nulla in vetustis nummis Iridis exstarent monumenta, ipsa tamè Francorum lilia clarissimè demonstrant, nihil sese habere cum Suisin Perfarum floribus commune, nihilque aliud quàm Iridem referre. Plinius albo Iunonis lilio calathi formam adscribit, quam qui in antiquis marmoribus non conspexit, is eam è conuoluuli flore discat, quem idem auctor rudimentum esse dicit naturæ liliū facere cordiscentis. Hic flos æquè omnibus atque liliū notus alia apud alios nomina fortitus est, Plinius alibi Iasionem conuoluulum minorem vocare videtur, aiens olus siluestre esse in terra repens cum lacte multo, florem ferre candidum, concilium vocari. Theophrastus huius florem vnico folio constare dicit, quod Plinius ad ipsam herbam alibi transtulit. Pandectarum materiæ medicæ auctor liliū ligustrum maiorem conuoluulum nominat, & hactenus ligoneam in parte quadam regni Neapolitani dici, nisi me fallit memoria, ab Antonio Morillono accepi. Hinc conicio duplex Ligustri genus veteribus fuisse, alterū

*Iris à Virgilio  
Lilium appellatur.*

*Lilia Francorum esse eiusdem formæ cū Iride.*

*Ligustri duo genera.*



arborescens, alterum hanc herbam, cuius florem vilissimum fuisse Seruius testatur; propterea nempe quòd omni odore careat: quo fit vt de Cypri flore odorato & Cyprium vnguentum dante Virgilius intelligi minimè possit. Quo enim modo comparatio

ratio constaret, *Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur*; si æquè vterque flos legi consueverit, & maior & præstantior ligustri quàm vaccinijs usus fuerit, & tanto quidem maior, quanto vnguenta pigmentis sunt præstantiora? Pandectario itaq. gratias agere debent Virgilij studiosi, vtpote ei qui & poetam ipsum & eius interpretem illustrarit: quorum illum pleriq. non intellexerunt, hunc non pauci sunt calumniati, quasi quid ligustri nomine Maro nuncuparit, ignorasset. Certè si de ligustro, cuius odoratis flosculis Cyprinum vnguentum constat, locutus fuisset, magnæ se & crassæ ignorantia accusasset; nec dubito quin doctissimus vates hunc scrupulum lectori obiecerit, vt ad accuratiorem stirpium inuestigationem excitaret; quod eum in amaraco quoq. fecisse animaduerto. quo nomine cum exiguam herbam à plerisque omnibus capi videret, voluit indicare, esse & fruticem eiusdem nomenclaturæ; cuius non flores modò suauiter spirarent, sed & vmbra à Solis ardore tueretur. Equidem dum eum audio canentem,

*Vbi mollis amaracus illum*

*Floribus & dulci adspirans complectitur vmbra;*

mihî videor in Idaliæ lucis Iasminum videre, qua nulla planta vel mollior ad omnem flexum topiarium, vel ramorum & foliorum luxu ad vmbra faciendam aptior, vel florum suauissimè è longinquo adspiratium odorem gratior, vel ad multos simul à Sole protegendos laxiùs se & altiùs expandens. Nec aliter Casia nomen herbæ dedit, odoratæ illi quidem, sed longè differenti à casia Indorum: qua tamen in re dum semel humiles, iterum virides casias dixit; satis ostendit, de illa sese casia loqui quam, Higino teste, Græci Cneoron vocarunt. Sed hæc nihil vel ad lilium vel ad ligustrum lilijs rudimentum; de quo propterea accuratiùs egi, quòd ex eius cum insignibus Francorù comparatione veritas tandem in lucem emergeret. Scio in symbolis non accuratam semper picturæ rationè obseruari; sed & illud scio, aliqua saltè tenus res ipsas lineamentis esse repræsentandas. Quòd si quis calathù depicturus, lilium quod vel in spei dextera vel in Francorù scuto videmus, imitaretur; an non eum velut cõmunis sensus expertem exploderemus, & ne gryllis quidem pingèdis iudicarem admittendum? Sed quid, dicit aliquis, si lilia Francorum insignia ab omnibus vocentur; quid ni lilia illa intelligamus

quæ liliorum nomine ab omnibus intelliguntur? Necessarium mihi video vt ostendam, non Susinos tantùm flores, sed Iridem quoque liliorum nomine censerî. Apud medicæ artis professores nihil clarius est, quàm iridem cælestis lilijs nomenclaturam habere, & inter iridis nomenclaturas cælestis quoque appellationem videmus. Cum verò lilion Græcorum & lilium Latinorum sola vna littera differre videatur, dubitet meritò quisquam, an hi ab illis, an contrà illi ab his, an verò ex alia lingua nomen suum sint mutuati. Lirion certè Hippocrates pro Iunonio lilio posuit; vnde lirino vnguento nomenclatura, quod ab alijs Susinum vocatur. Pollux ab Homero quoduis floris genus Lirij vocabulo intelligi scribit: Philinus verò Lirion ad Violam & Crinon ambiguum facit. Apollonij interpres hunc è primo Argonauticorum libro versum,

*ὡς δ' ὄτα λείρα κατὰ πειθερμίουσι μέλισσαι,* sic accipit, vt quemuis florem hoc nomine intelligat. Non carent igitur illustrium virorum ductu medici, qui cæleste lilium Iridem nominarunt; quâdo lilium cum lirio eandem habet significationis causam. Quòd si Hispanos rogemus, omnia Iridis & Narcissi genera sese Lirij nomenclatura dignari dicent, & cum Iunonis lilia nominare volunt, Susini flores, nò liria audiuntur. Theophrastus Narcissum Lirion vocat, non longè ab Hispanorum consuetudine recedens. Nos itaque lilium & lirium commune nomen faciemus, tum ad Susinos flores; tum ad omnia Iridis genera, quorum permagnam nouimus diuersitatem: ob quam vti solam liliorum merentur principatum. Quamobrem licet omnes flores spei tesseram gerere videantur, propterea quòd è floribus fructus sint sperandi; à prisca tamen hominibus Iris maximè hunc accepit honorem, vt spem firmam & indubitatam designaret; quam meam assertionem cum vetustissimæ & numismatum Romanorum & insignium Francorum imagines confirmant, tum vera etiam Dioscoridis lectio extra omnem collocat dubitationem. Nimis audaces, nè dicam impudentes, illi fuerunt qui varia singularum herbarum nomina principiis capitum in Pedacio velati adulterina & spuria summoerunt; cum & in antiquissimis exemplaribus ea legantur, & plurimum adferant ad quamplurima veterum scriptorum loca intelligenda momenti. Corrupta

esse

*Amaracus duplex.*

*Casia duplex.*

*Iridem liliorum nomine appellari.*

*Lilium Græcorum Lirion.*

*Lirinum vnguentum siue Susinum.*

*Spei tessera.*

esse pleraque fateor, & in iis proclives fuisse errores scio; ea maximè de caussa, quòd quàm plurima vti peregrina & à vulgi cognitione remota facilè potuerint ab orthographia sua detorqueri: quòd ipsum in Iride factum fuisse luce ipsa clarius reddam. Nam in eius variis noménclaturis mox ab Illyrica, quæ vox à præstantia datur, vocabulum sequitur à nemine prorsus intelligendum. Quid enim, ó bone Mercuri, Thelpida siue *θελπίδα*, vt alij legunt, significat? Marcellus Virgilius pro, Thelpide; Thalpide legi posse scribit: mihi iucunda ea accidit scriptura quæ Epsilon conseruauit; propterea quòd antiquitatum studiosis apertè demonstrat veram genuinamque lectionem. Quid enim clarius, quàm si legas *Ἰρις ὀϊδ' Ἰλλυρικὴν ὀϊδ' ἑλπίδα*; Vide nunc obsecro quàm facilè è Delta cum apostropho, Thera factum sit ab iis qui cur Iris Elpis vocaretur, ignorabant. Iridem itaq. alij Elpida, id est, spem nuncuparunt, propterea quòd apud priscos viderent Iridis flore spem denotari. Quando itaque de nomine & symbolo constat, quærendum videtur qua de caussa ad spei notationem Iris maximè sit vocata. Eiusdem nominis eiusdemque symboli multas caussas veteribus nonnumquam fuisse cerno; quòd nimirum quæ ad posteritatis memoriam essent propaganda, ea grauib. rationibus nixa esse velent, quòd complura copiosè docerent. In primis itaque ad arcum cælestem spectasse mihi videntur huius in flore tessera inuentores, eo quòd color floris triplicem arcus cælestis colorem imitetur, atque ea de caussa nomen Iridis sortiatur; nec alia item ratione Thaumastos vocetur, quia nimirum Thaumantis filia iris esse fingatur. Quid verò arcui cælesti cum spe? Perspicuum est è sacra diuini Mosis historia, arcum à Deo in nubibus collocatum, vt eum intuentes certam fiduciam conciperemus, nunquam iterum orbem terrarum diluuiio coopertum vastatúmque iri. Vocauit enim eum arcum fœderis quo se hominibus obligauit; non illud quidem de meritis vilius, sed de pura puta sua gratia & incredibili in genus humanum fauore pactus. Inde Iris Iunonis nuntia dicta, eo quòd singularem Dei fauorem, quoties apparet, nobis annuntiet. Quid enim aliud Iuno quàm *Jun hot*, id est, caput fauoris, siue, quòd idem est, fauor omnium fauorú princeps, quo non regna modò, sed quæuis etiam alia munera à Deo gratis conferuntur. Vnde Iuno soror & coniux Iouis ab Orphicis dicitur; soror quidem, quia ab eodem patre procedit; vxor verò, quia fauoris gratia æterno coniugio Deo copulatur. Verùm de hoc fœdere & mystica eius intelligentia Theologi differant: nobis sufficit, si constet Iridis monitu certam spem declarari, quæ promittat genus humanum diluuiio non amplius periturum. Et hæc quidem mystica Iridis notatio diuinitatis plena; nunc ad naturalem. Elegans æquè atque admirabile signum concordia elementorum in arcu cælesti videmus, quando quidem puniceo colore aqueum elementum, flauo igneum, viridi terra, herbis ceterisque plantis vestita designatur. Videtur itaque Deus nobis hoc signo polliceri, sese effecturum, vt igneus calor sic inter terram & aquam interueniat, vt iusto temperatòque humore terra herbis vireseat, vt omnium animantium vitam alat atque tueatur. Cùm ergo iris numquam fiat nisi solis & nubis aquosa præsentia, atque horum moderata mistione spes omnis agricolarum sustineatur, meritò firmæ spei signum habebitur non de diuino tantùm promisso, sed de naturali etiam significatione, in qua & Solis calorem, & temperatum humidum, & terræ virorem, qui ex illis enascitur, cuius licet videre. Miranda est hinc ternarij vis, non in arcu modò triplici colorum discrimine oculis subiecta; sed in Iridis quoque flore multis modis obseruata. Præter enim tres diuersos colores quibus cælesti arcui respondet, ac meritò nomen ab ipso sibi sumit; in foliis quoque tum in medio stantibus, tum in declinantibus, tum in medio horum latentibus, triadem seruat, nec eam negligit in malleolis siue linguis inter folia mira elegantia assurgentibus. Adde quòd & calicem triquetrum proferat, & trino hiatus semina siue baccas inde excludat; adeò vt nihil sit in rerum natura quòd tam accuratam ternarij rationem in omnibus sequatur. Nam si folia subducas, ter tria inuenies; quo numero angelorum choros & absolutam omnium rerum constructionem circa vnum & trinum regem admirabili symphonia explicatam imitantur. Sit ergo prima & simplicissima ratio ob quam certam spem & fiduciam Iris designat, quòd Deus ipse arcum cælestem esse voluerit certum promissionis suæ signum, quæ cælo ad florem descendit. Altera de naturæ sinu petita docet, tantisper omnium rerum vbertatem & affluentiam expectari à nobis debere, dum igneus calor flauo colore denotatus aqueum

*Iris cur spei  
symbolum.*

*Iris cur Iuno-  
nis nuntia.*

*Iunonis ety-  
mologia.*

*Iris elementorum  
cordia  
signum.*

*Ternarij vis  
in Iride.*

elementum iusta moderatione temperabit. Accedit nunc alia significationis causa, maximas spei in hominibus vires claro exemplo demonstrans. Præter enim eas quas modò dixi Iridis præcipuas esse dotes, aliud quoque animaduertas oportet. Quid in aduersis omnibus aliud nos sustinet atq. erigit quàm firma spes Deo innixa? Hoc autem an non egregiè Iridis natura nos com monefacit, quæ, nihili faciens aut niues aut brumales rigores, perennia folia ad cælum tollit; & id quidem ea figura quæ ex lato in acutum tendens pyramidum & flamarum in modum vitam nobis significat sempiternam? Est hoc proprium spei, vt semper sursum feratur omnia penetrans & euincens obstacula mortalibus in hoc terrenæ vitæ stadio semper infesta. Hinc Cimbricus sermo spem *Ἡορ*/ quasi dicas, *De op*/ id est, quod altè erigit & attollit, appellat: quo fit, vt in eo nulla spes nomè hoc mereatur, quæ animum nostrum non ad sublimia & excelsa eleuet atq. sustollat. Id autem si herba quapiam velis expressum, quid potest esse significantius, quàm si eam ponas quæ folia habet longissimo acumine cælum petentia, contempto omni frigore terreno; & cum tandem florem profert, cuius colores in cælo videmus? De hac pyramidis figura & vita per eam denotata alibi latiùs scripsi; nec video cur eadem hinc mihi sint iterum explicanda. Qui volet, nostrum Aleph consulat, & cum alauidis epitymbidiis cælum ascendere consuecat; quod vbi fecerit, non otiosè Iridis folia spectabit. Verum licet hæc modò annotata non contemnendum pondus habere videantur ad symboli rationem adstruendam, nihil tamen sunt præ illis quæ ex ternario in floris foliis ter repetito à solertibus ingeniis intelliguntur. Quid aliud rogo spes nostra sibi præfigit, quàm cælum ipsum; non illud quidem corporatum & in octo orbis distinctum, quod oculis nostris quotidie vsurpamus; sed longè sublimius & nobilius, quod in nouem orbis Angelorum distributum esse illi nobis aperuerunt, quorum mens ad tertium vsque cælum ascendit? Spes itaque non ad cælos tantum, quorum lumen haurimus, sed longè altiùs ad ter trinos intelligentiarum ordines mentem nostram euehit, non antè quietura quàm ad sublimè hunc nouenarium, qui flos est omnium rerum creatarum, adspirauerit. Hoc est illud quod *Ἡορ* à nostris vocatur, quo videlicet id intelligitur quod excellentia in sublime euehendi ceteris præstat. Colorum ergo in Iride varietate primum ad excelsa inuitamur; at vbi ad florem ipsum in folia sua explicandum venimus, mox totum spei fundamentum & vltimum terminum in partes suas distributum videmus. Longus hinc sim, si doceam in spe tria contineri; fidem nimirum eorum quæ Deus pollicetur, firmam deinde fiduciam ea quæ credis consequendi, ac tandem ad eius perfectionem desiderari ipsum illud quod certa spe expectamus; quod citra amoris glutinum nulli vel mortalium vel immortalium contingit. Quamuis ergo spei donum simplex sit, fundamenti tamen & termini ratione ternarium postulat ad sui perfectionem: Iam ipsa perfectio non potest homini obuenire, nisi ad cælum illud in nouem choros distinctum adscendat, quod ter ternis foliis in Iridis flore mirabili artificio coniunctis denotatur. Et, vt cernas maiorem tessera vim, considera in illo cælo apicè rerum omnium sperandarum triadem esse, primum nempe fontem & vltimum finem omnis ternarij ad res creatas descendentes. Quod si hæc pro rerum maiestate & augusta amplitudine excutienda essent; aliud ingenium, aliud metis lumen, aliam orationem postularent: nobis satis esto via ad arcana hæc mysteria indicasse, quæ vellè sanè à diuiniore quopiam myttago clariùs illustrata quàm angustus mentis meæ captus admittit. Vt igitur breui summa complector omnia, sola spes regni cælorum Cimbrico spei nomine, quod est *Ἡορ*/ digna est quæ optimo iure eo flore designatur; quæ primum arcus cælestis similitudine ad cælum vocat; ac deinde nouenario tres ternarij ordines complexo, illud regnum nobis demonstrat quod spe pleni à patre nostro velut hæreditatem nostram & rogamus quotidie, & firma fiducia expectamus. Agnoscamus ergo in *Ἡορ* non *De op* modò, quod est, altè attollentes; sed & *Ἡαυ-ορ*/ id est, sustineo quicquam ne concidat: quod & ipsum proprium est eius spei quæ patri nostro cælesti per filium innixa, nos in omni aduersitate, in omni oppressione, in omni carnis & Diaboli impetu à casu sustinet ac tuetur, omni que malo seruat superiores. O mirabile vocis trilitteræ artificium! o mirabilius floris ter triplicis symbolum! o mirabilissimam religionis Christianæ & prisca Cimbrorum disciplinæ concordiam atque symphoniam! Dixit, non recordor quis, nec nauem vna anchora, nec hominem vna spe bene securèque teneri; minimè id dicturus, si hanc nostram spem diuinitus infusam agnouisset. Hæc enim sola spes in omnibus miseriis nos consolatur, sustinet, atque malis quibusuis

*Spei Cimbricum vocabulum.*  
*Ἡορ.*

*Spei natura & partes.*

*Spei regni cælorum, vis & efficacia.*

deprimenti-

deprimantibus reddit altiores; & id quidem quamdiu in nobis uiuit, tanta facit constantia, ut non ante nos sit desertura quam voti compotes, & in ter trino regno ipsius Trinitatis obtutu reddat beatos. Hæc spes fallere non potest; quia eius fides promissis qui non verus modò est, sed ipsa veritas omnia vera reddens: ceteræ spes vanæ sunt, uti illis nixæ fundamentis in quibus nihil firmum, nihil stabile, nihil perpetuò verum inuenitur. Græci vocis eius qua spem nominant, nullam domi suæ reperient originem; tamen si fuerint qui ἐλπίδα ἀπὸ τῆς ἐλπίω, quod est traho, detorserint; tanta est Grammaticorū vel ineptia vel impudentia. Nostratibus *Help* idem est quod iuuo, vnde *Help-wis*, siue more Fládrico, *Help-wis*, id quod auxiliij certum est vocamus. Quid verò spes ea de qua nobis sermo, aliud est quàm firma animi fiducia, qua certi sumus Dei auxilio nos à mortalitatis malis liberatum iri, & in cæli ciues cooptados esse? Proprium igitur & præcipuum spei donum est, ut nos certos reddat eius auxiliij quod ceteris omnibus auxiliis immani interuallo præstantius est. Ex *Help-wis* itaque, ea littera exempta qua Græci carent, ἐλπίς fieri videmus; vocem, si ad originem vocetur; id expresseuram quo spes vera definitur. Latini Spero habent, & à spero spes; nec illi quidè cur in ea significatione hoc verbo utantur, vlla sana ratione explicaturi. In Cimbrico sermone *Spar* non aliud est quàm parco; quo fit ut ex eo quod spei proprium est vocabulū Latini fuerint mutuati. Nihil est quod hominè magis affligat quàm tristes cogitationes, & assidui vel præsentium vel instantiū malorū dolores. His qui totum se tradit absumendū, ne is parum sui ipsius parcus aut est aut dici potest. Quod igitur remedium, ne quis se ad hunc modū eat perditum? Quod aliud quàm firma spes firmo innixa fundamento, fore aliquando ut præsentibus malis liberatus beatissimo vitæ genere perfruat? Hac itaq. vocis origine moniti nobis ipsi semper occinamus, *Durate & vosmet rebus seruate secundis.* Parcite vobis, parcite; ne finite animos à malis vinci, seruate vos integros futuræ felicitati, quam pater æternus vobis promisit. Ut omnia nos deserant, omnia præsentè mortè intentent, sola tamen spes numquā nos prodat, at semper adest consolando hortandoq., ut nobis ipsi parcamus, nec malis aut præsentibus aut instantibus succumbètes antè nos perdamus quàm spes nos ad æterna gaudia perducatur. Ceterum nullus finis esset futurus, si spem vnicum humanæ vitæ præsidium omnibus suis dotibus exornate vellemus; sufficiat modò leui opera demonstrasse, vnde Græcus, vnde Latinus vocū suarū natales petere possit. Hebræorum enim voci מַחַיִּים, uti rei sacræ, manus meas profanas non admovebo; tamen si nihil mihi facilius esset quàm eos ultra radicem hanc ad priores verbi deducere rationes. Quid enim nobis apertius quàm *Wat wachyt*, quo auxiliij & remedij expectatio, qua spes definitur, denotari nemo non nostratum intelligit. Verum quoniā quas sibi spes è Cimbrico sermone voces in aliis linguis mutuetur ostendi, facere non possum quin & Liliij nomen, vnde Lirium ad labdacismum vitandum deductum videtur, ad veram originem vocem: quod quidem eo faciam lubentius, quòd inde clarum existet, significationis vim è symboli ratione pendere. Rogavi Græcos, rogavi Latinos, ecquid haberent quòd vel liliij vel liriij vocabulum referrent, sed frustra rogavi. Nos *Leli* pro lilio dicimus, vocem manifestò demonstrantem, rem à se denotatam propriè ad spem pertinere: quando *Lee-li* nihil aliud est quàm molesta perfero; siue, perperior dolores. Videor mihi audire illos Horatianæ citharæ Sapphicos modos:

*Sperat infestis, metuit secundis*

*Alteram sortem bene præparatum*

*Pectus: informes hiemes reducit*

*Iuppiter: idem*

*Summonet. non, si malè nunc, & clim*

*Sic erit.*

Est quisquam tam vel rerum imperitus vel mentis inops, qui non sentiat nos ad durissima quæque perferenda sola spe excitari? Optima in aduertis illius est exhortatio consolatioque qui canit, *Perfer, & obdura, dolor hic tibi proderit olim.* Nec aliud Hesiodus voluit in aspera virtutis via depingenda:

τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρῶτα θεοὶ ἀποπέποιθεν ἔθνηται. id est,

*Sudorem ante locum virtutis dij posuerunt.*

& cetera quæ nota sunt; quibus quid aliud significat quàm præcipientes illas rupes & difficiles, quibus virtutem septam canit, potiundæ virtutis spe superari?

ἐλπίδος ἐξ-  
mon.  
Help.

Spero unde  
deductum.  
Spari.

Lilium quomodo  
habeat sua  
nomenclaturam  
rationem.  
Leli.



*Manet sub Ioue frigido  
Venator teneræ coniugis immemor,  
Sen visa est catulis cerna fidelibus,  
Sen rupit teretes Marsus aper plagas.*

Quid rogo hunc tam duros labores subire facit, quid molestias perferre docet? An non spes capiendi eius cui infidias machinatur? ut bene Socrates apud Grylli filium: Horridas ventorum procellas, & ipsissimam mortem nautæ vectorisque solius spei præsidio partiuntur. Si denique nihil tam durum est quod spes non iubeat perferri atque tolerari, vltimum aptius nomen ad spei tesseram denotandam reperias illo quod à molestiis doloribusque tolerandis inditum videmus? Frequenter illo Platonico axiomate cogor uti, quod voces multis linguis communes illius facit vernaculas & proprias in qua vera earum ratio inuenitur: è quo efficitur, Liliū nec Græcis nec Latinis natales suos debere, sed primogenio satū ad nostratē linguam, quæ veram eius ostendit originē, pertinere. Facilis autem fuit ipsius æ-longi, quod est in *Leli/in-er*. Iota apud Græcos, & I longum apud Latinos mutatio, quam alibi quoque factam esse animaduertas. Vetustissimi tamen Romanorum Lelium videntur dixisse, quod equidem è nomine Lelij coniecto, hominis de copioso & illustri Ciceronis præconio celeberrimi. Vel dicant mihi Latinorum Grammatici, vnde Leliorum hoc nomen deriuetur: vel, si id facere nequeant, permittant se doceri non pauca id

*Lelius.*

*Cimmeriorum  
multa vocabula  
in Latio  
remanisse.  
Sabini.  
Umbri.  
Galli veteres.*

*Terentij etymon.  
Terre.  
Talli nomenclatura.  
Tal.*

*Numa notatio.*

*Titii nominis ratio.*

*Tit.*

*Caius.*

*Cnæus.*

*Cnati.*

genus nomina è veterum Cimmeriorum sermone in Latio relicta olim fuisse: quod vetustæ Romanorum traditioni consentaneum esse non externis, sed domesticis ipsorum testimoniis perspicuum reddam. Fatetur enim cum alij, tum Varro & Festus Pompeius, quam plurimas Latinorum voces origine Sabinas esse. Atqui Sabinos Umbriorum gentem esse Zenodotus Troezenius tradidit, quod & ipse locorum situs videtur probare. Umbros verò veterum Gallorum fuisse sobolem Bocchi diligentia deprehendit. Iam veteres Gallos primum Iapygiam habitasse, & in ea oram Senonum à Plinio etiam commemoratam, & Galliopolim celebre hæcenus opidum, mox etiam Galatam aliasque vrbes condidisse in Gallicis commentariis demonstro. Nihil itaque absurdi, si quæ vocabula à Romanis ad Sabinos referuntur, ea nos è Gallico, qui idem est cum nostrati siue Cimmerio, interpretemur. Terentij nomen à Sabino repetunt fonte, in quo Terenum pro tenero inueniunt. Vbi nobis mox liquet Terenum à nostro Terre formatum esse. Talli item prænomen Sabinum esse Festus confitetur, at quid sibi velit non exponit. Nobis manifesta est eius & significatio, & vera significationis causa. Tal enim, à vocali breui, eum denotat qui idoneus est ad quoduis munus cum laude obeundum; uti cum dicimus, *Tal en tal man*, cuius ratio è compositione *Te-al*/id est, ad omnia, manifesta est cuius sermonis nostri perito. Numa vox Sabinorum est, nemine refragante: nos Numam pro homine nouo dicimus, à vocali in altera vocis parte correpta; quam si producas, nouam Lunam denotabit. Vbi videmus vtrouis modo vocabulum idoneum esse, ut faustum sit prænomen. Valerius Titii prænomine Sabinum quoque facit, nulla vocis addita interpretatione, licet Festus aliam quandam, sed ineptam & analogiæ repugnantem rationem subducatur. Sermo noster eum Titum vocabit qui tempore opportuno natus est, quod per *Tit* vocali producta significatur. Prolixus sum & molestus si plura id genus vocabula persequar; & sunt alioqui pauca exempla satis, ut eorum gustu habito, cetera auidius quarantur. Sed quid ego ad Sabinos confugio, ut ex illorum antiquitate doceam multa ad Romanos venisse, cum ipsi Romani gentili sua origine sint Ianigenæ, nomen à Cimmeri siue Comeri patre ducetes? Quod si ita est, quid alieni dicam, si dicam priscum Latinorum & Cimmeriorum siue veterum Galatarum eundem fuisse sermonem; atque inde aded illud esse, ut complures voces sint Latinis in frequenti usu, quarum tamen ut nullas ipsi in linguæ suæ thesauris causas inueniant, ita nostrates significationis rationem habent apertissimam. Caius Latini à Gaudio deriuant, quam bene, ipsi viderint: nostris hominibus quid *Cai* denotet, est vnum de notissimis, de quo alibi copiosè. Cnæi prænomen Græcum faciunt, non alia de causa quam quod nihil habeat domesticæ in hac voce rationis, nec causam de suo reddere possint cur per *G* vox sit efferenda. Nos scimus Cnati clementiam & misericordiam notare, atque inde faustissimum nomen principum virorum filijs posse deriuari. Quid multis? Infinitam pænè esse vocum Latinarum siluam quæ luculentas è lingua nostra habent origines alias docebo. hæc sufficiat ostendisse, miri nihil esse si Lelius vox

lius vox sit à nostra Leli deriuata; quod si res ita habet, uti habere nihil dubito, inter fau-  
 stissimas & felicissimas nomenclaturas hoc vocabulum fuerit collocandum. Is ergo me-  
 ritò Lelius vocabitur, de quo maxima spes tum concipitur cum nomē imponitur, quati-  
 cum Virgilio præcinatur: *manibus date lilia plenis*. Latini primam syllabā per æ diph-  
 thongū scribunt, nos ipsum e, quia longū est, & duo tempora habet, geminamus: supe-  
 riores Germani Leet pro Lect dicunt, unde Græcis λέλειος. Quidam tam patulo ore pro-  
 nuntiant, ut Latit audias; nihil ut mirum sit, si Veteres illi Lae Lium dixerint. Latit idem  
 nobis est quod onero. Leet vel Leet vel Latit molestia, dolor, quicquid denique graue est.  
 Unde Lec Lien est molestiarum omniumq; eorum quæ oneri nobis sunt & dolori pa-  
 tientia: quæ notio satis declarat eodem modo lilij nomen ad florem venisse, quo voca-  
 tus est à Græcis λιλίος; sumpta videlicet ratione ab eo quod antiquissimi patres floris  
 huius symbolo denotare voluerunt. Quamobrem bene nostrates Lelit dicunt, ex eā  
 quod proprium Spei est ducta nominis causa; quæ in re aded non errarunt, ut ab eodem  
 Spiritu videantur incitati cuius afflatu D. Paulus dixit: *Spe salui facti sumus. Spes autem  
 quæ videtur non est spes. Nam quod videt quis quid sperat? Si autem quod non videmus spe-  
 ramus, per patientiam expectamus*. Idem nos Christi ea conditione facit cohæredes, si  
 cum eo patiamur. Sed hoc iterum iam mox. Rideant modò qui volent hanc nostram  
 etymologiam; sed rideant ea lege, ut ipsi nos doceant quicquam rationi & veritati ma-  
 gis consentaneum: quod quamdiu non fecerint, nos asseremus lilij vocabulum de pri-  
 mogenia sua notatione prius Iridi magnæ caruleæ quàm ceteris floribus conuenire, sa-  
 meti vulgus & plerique omnes eruditi ob veræ rationis ignorantiam vocem albo ma-  
 ximè lilio, quod è Iunonis lacte extitisse fabulantur, dare cōsuerint. Susan autem, quod  
 nomen apud Syros est & Babylonios & ceteros vicinos, à quo Sufinum oleum dictum  
 est, quam apud Chaldæos vel Hebræos habeat significationis rationem, aliorum com-  
 mittam labori; hoc tamen præterire non possum, à Suten siue Sussen, quod dulce redde-  
 re nobis significat, vocabulum deduci videri, eò quod spes quasuis molestias, quosuis  
 labores, quasuis ægritudines dulces reddere consuerit. Ut interim de medica floris fa-  
 cultate, qua grauissimi quique dolores dulcescunt, nihil dicam. Ceterum quia lilium  
 ad etymologiam vocauit, videtur & sua Iridis voci ratio deberi; quæ tamen, quia ambi-  
 gua est, non parem fortassis adferet voluptatem. Græcis placitum video, ut Iet ab Iet  
 per contractionem dicatur, quasi consecratricem quandam esse velint: quibus equidem  
 non possum admodum repugnare; quamquam nescio quæ fiat, ut ex Iet-ert, quo Do-  
 mini iurandum denotatur, deriuare malim, vocali secunda longa in tertiam muta-  
 ta, ut in Lilio factum videmus. Maiorem enim in modum vetustas votes eum sacris li-  
 teris conuenire cerno; aded ut ab eiusdem spiritus afflatu videantur proficisci. Præter  
 enim illud quod arcus in cælo signum sit fœderis Dei iure iurando initi cum mortali-  
 bus, accedit & altera ratio de Spei fundamēto petita. Quia enim Deus iurauit, nos cer-  
 tam spem concipimus, & ea in expectatione gaudij sempiterni fouemur. Verum hæc  
 quia morosis stomachis exilia fortè videbuntur, & nimis curiosè ex originibus Cimbri-  
 cis perquisita, annotanda potius obiter putauit quàm iuxta ac merentur diligenter exa-  
 minanda, ne quamuis minutas ansulas ad sermonis nostri mysteria exaggeranda studio-  
 sè nimis arripere dicar: & sunt alioquin hæc quæ de primo vocabulorum ortu asserun-  
 tur nimis hæcenus cruda, ijs præsertim ventriculis quos necdum exacuit Hermathē-  
 næ meæ promulsis. At ut omnia id genus bellaria nauseabundi homines vel non sint  
 attacturi, vel etiam euomituri, non possum tamen committere, ut non & hoc addam  
 vocabulum, Lisch quo hodie nostrates pro omni Iridum genere vtuntur, apertè docere,  
 nihil equè ad præcipuas Spei dotes atq; hanc herbam, de illorum iudicio qui nomen in-  
 diderunt, pertinere. Li idem notare quod patior & perfero dicunt Latini, in nomine  
 lilij ostendi. Hinc Lisch ille vocatur qui insigniter patiens est, & omnia in futurū disfe-  
 rens facillimeque perferens, præsentia transire, qua de voce concisa (ut nostrates sunt  
 monosyllaborum perquam studiosi) Lisch formatur, nomen non alij virtuti conueni-  
 tius quàm Spei, quæ firmæ fidei innititur, & per patientiam vitam expectat æternam,  
 applicandum. *In tempus* (inquit Sapiens) *sustinebit patiens*. At quid facit ut in futu-  
 rum sustineamus? an fortè aliud quàm firma Spes firmam nobis meliorum præbens fi-  
 duciam? Quid aliud dixit Diuinus ille Vates eanens, *Tu es patientia mea Domine*, quàm

Lelios.

Lai.

Leet.

Leit.

Lait.

Lelios.

Lelios.

Lelios.

Lelios.

Susan nomen.

clatura ratio.

Iridis nota-

tio.

Lisch.

Lisch.

Lisch.

Lisch.

Lisch.

Lisch.

Patientia spes

se oles.

si dixisset, *Spes mea Deus*. Eodem & illud spectat, *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Neque alia est possessio nostra quam sperata beatitudo, sola digna nomine possessionis, & hereditatis. Quod apertius luculentiusque testimonium desideres, quo docearis, patientiam Spei sobolem esse, quam illud quod modò è D. Paulo ad Romanos scribente citauimus? At eundem audi Hebræis loquentem ad hunc modum: *Cupimus autem unumquemque vestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem, ut non segnes efficiamini, verum imitatores eorum qui fide & patientia hereditabunt promissiones*. Confer in his Apostoli verbis spem & patientiam, & mox cernes quam inter eas agnouerit cognationem. Idem eisdem alloquens, *per patientiam* (inquit) *curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem*. Hic videmus clarissimè, fidem Spei fundamentum, & gaudium Spei finem, ad quem patiendo & sustinendo peruenitur: quare bene perspecta & expensa, miror si quis tam stupidus aut plumbeus sit, ut non admiretur insignem hanc vocabuli *Ἰσὶς* cum ipsa veritate consensionem. Agnoscamus in ipsa herba crescèdi patientiam, quæ ipsis petris & saxis erupens sese perquam exigua terræ vligine sustentat: & tam iniquo iniquæ matris alimento cõtenta folia longa profert in acumen igneum exeuntia; admonens nos, ut quamuis exiguis terræ bonis contenti longanimes, ut sic cum sanctis visis loquar, simus vsque in finem supremum, per acumen denotatum. Quod si fecerimus, non secus atque Iris è duris saxis flore ter triplici coronabimur, & fructu ipsius Trinitatis in odore suauissimo perfruemur. Considera obsecro diligenter singula, res ipsas cum vocibus conferens; dispeream nisi fatearis, nullam tesseram posse inueniri ad spem denotandam aptiorem. Spes nostra firmata super petra quæ est Christus: Iris è petris potissimum cernitur exilire, ne quamlibet quidam exsuccas maceriem ornatu suo dedignata. & in his tam duris natalibus tamq. exili nutrimento tanta sese sustinet constãtia, ut omni frigore, omni gelu, omnibus niuibus, omnibus ardoribus, omnibus deniq. cæli terræq. iniurijs contemptis, in pulcherrimum sese induat florem. Quod si cuiquam hinc lubeat comparisonem prolixè persequi, nã is habiturus sit spatia latissima de virtutibus & vitijs, de religione & impietate, deq. omnibus huc spectantibus concionandi. Iam mox & illa occurrent quæ de facultatibus huius herbæ copiosissimam materiam suppeditabunt. Iris post diluuium omnem aquarum noxam terris ademit. Iris herba in aquis è corpore humano saluberrimè deponendis habet principatum: Spes & patientia omnes perturbationum vndas superant, & totum tentationum oceanum tanta tranquillitate componunt, ut non modò non faciant naufragium, sed reddant etiam ipsum materiã augendæ sibi felicitatis. Et sicut nihil est in omni plantarum genere quod vnum tot adferat humano corpori remedia, ita patientia nihil est mortalium animis salubrius & præsentius ad omnia omnis generis mala profliganda atque frangenda. Optimè Lucanus cecinit: *Gaudet patientia duris*. sed illud innumeris antè seculis illi monuerunt qui spem Iride signarunt, & à patientia germana germanæ Spei sobole Iridem *Ἰσὶς*, id est, insigniter patientem vocauerunt. Quamuis ergo varia sint Liliorum genera, nullum tamen æquè vel Lilij vel *Ἰσὶς* nomen atque Iris meretur, aded vt non possim satis mirari, vtrumq. vocabulum, & illud quod antiqui in Italia Cimmerij reliquerunt, & hoc quo nostrates hætenus vtuntur, ab eadem natum esse radice, patientiam denotante. Sed sufficiant hæc de Spei tessera, de qua licet sexcenties plura à me dicerentur, tamen ne sexcetesimam quidem partem eorum quæ latissimus cõtemplationis huius campus complectitur, explicarem. Et ita me Spes firma fiducia sustentet atq. augeat, ut quanto diutius ea quæ sese vltro obrudunt considero, tanto plus cerno mysteriorum. Exposui modò causas aliquot ob quas inter varia liliorum genera Iris potissimum spei habuerit significationem: quibus necessariò & alia coniungenda, inferior illa quidem, fortassis iis quas enarraui, verum talis tamen, ut vel sola satis habeat momenti, quo lilia ad spem denotandam accipienda esse videantur. Quamuis enim omnes flores fructum videantur polliceri, vnus tamen in toto genere ad signorum multitudinẽ & confusionem euitandã ad spei notam fuit eligendus. Quamobrem illud genus maximè placere debuit, in quo maxima essent per varias formas siue species discrimina, quibus nimirum ingens spei copia & diuersitas notaretur. Et quia Spes in herba potius est quam in vlla re solidiore, herba magis quã frutices vel arbores

Iridem petrosi & exsuccis locis promerit.

Iris cur potius quam alia liliorum genera spei significationem habeat.

idoneæ visæ sunt ad huius significationis usum. Iam nullū nobile & insigne herbæ genus inuenias in quo tanta sit diuersitas formarum quanta in liliis; & iis præsertim quæ cælestia siue Irides vocantur. Vt enim Susinos flores omittamus qui liliorum sibi nomē apud plerosq. omnes vsurparūt, videamus quàm variis discriminibus Irides distinguantur, quas solas vnà cum Narcissis Hispani Liriorum nomine dignantur. Alia itaq. bulbosa, alia non bulbosa. Bulbosa rursus varia; alia florem profert coloris carulei saturati, odoris nullius; quæ, quòd ex hortis Anglicis, quibus tamen peregrina fuit, primū in Belgium sit allata, Anglica à nostratibus appellatur; alia florem habet luteum, & odoris non nihil, sed perparum, è Lusitania ad nos transuecta, & inde sortita nomen; alia species odoris suauitate eximia est, colore caruleo albescente, quā Vallis Dolitana ad nos misit; ad quam in siluula quadam dextris Visurgis ripis incumbenti non semel à me visæ est; quam quā non illic tantū, sed plurimis aliis locis eandē cōspexi. Est aliud genus quod Hispani *Nocellas* vocant, propter radicis rotunditatem. Id ego rursus in duas formas diuisum animaduerti, maiusculū & minusculum; huic dodrantalis altitudo, illi sesquidodrantalis; minori tamen flos elegantior, & pro magnitudinis portione maior. Vtrumque genus Guadaloupæ frequens vidi, nec rarū in agris Placentinis. Videtur & illa Iridis forma quam Matthiolum Hermodactylum nuncupauit. Restat alia species vel primo honore digna, tū propter elegantiam & magnitudinē floris, tum propter odoris suauitatē. Cūm Paci Iuliæ cum duabus sororibus Leonora Franciæ & Maria Hungariæ Reginiæ augustæ memoriæ heris meis ad aliquot hebdomadas agerē, sæpe in suburbanos agros excurrebam, partim animi ambulationisq. causa, partim explorandi studio, ecquid illic rarioris plantarū generis inueniretur. Quid ni enim in amœnissima planicie & cælo hiberno mitissimo id facerem, qui summis laboribus Alpeis frequēter ad summa vsq. glacialium rupium cacumina perreptassem, vt Apenninum interim & Pyrenæos & Tornaucios & Guadalupios saltus omittam, qui nō citra copiosum sudorem me crebrò fatigarunt, & rursus anhelantē suauis varij herbarū generis spectaculo refecerunt? Est Pax Iulia opidum egregium, amplum, & latorum frequentia virorum perquam elegans, ad nouem leucas infra Augustam Emeritam in sinistra Anæ fluminis ripa, cūm hæc sit in dextra, collocatū. Ex eò Lusitaniam versus pons lapideus extructus est elegantissimus, fornicibus, si rectē memini, pluribus quàm triginta perquam latē patētibus & excelis, in cuius exordio ara est quadrata, perampla, & sedilibus è cælo lapide cincta, in qua palmæ ante vr̄bis portas plantatæ indicare videntur, hunc ceteris pontibus omnibus operis magnificentia esse præstantiorē. Hunc transgressus ad dextram in dextra fluminis ripa collem saxosum modicè ascendentē videbis, in cuius Australi cliuo magna copia Iridis modò indicatæ luxuriat: quod cūm Clusium Hispaniam cum vno Fuëcarorū petiturū monuissem, isq. ita rem habere deprehendisset, monitū suo apud Brantiū effecit, vt eius bulbos in hortū suū transferri curarit; Brantiū, inquam, illum qui Machliniæ cūm ob ceteras generosissimas magni atq. liberalis animi dotes omnibus est in admiratione & honore, tum ob singulare plantarū studiū, quas incredibili sumptu ex omnibus orbis plagis adferri sibi curat, alterum sese demonstrat Chironem, aut potius vnicum regibus exemplar, vt Europam ceterarū totius orbis partium plantis exornare cōtendat. Qui citra labores & graues impensas quidquid vsquā vel in montibus vel in vallibus est herbarum in exiguo theatro cernere volet, & examinare, & examinatum aliis vel præsentibus vel posteris depingere, is Brantij hortum frequentet; qui breuissimo cōpendio supeditabit quod non ceteris modò rhizotomorum antesignanis admirabile videatur; sed quod omnes omnium de plantis scriptas historias infinitis & generibus & generum formis excedat ac vincat. Est itaque Lirion hoc quod primū ad Pacem Iuliam equidem cōspexi, insigni bulbo præditum, folia vtrinq. ordine è regione sibi posita, in acumen è lato, in ensis formam tendentia profert, sed non ferè dodrantē illo in loco excedentia; nec plura ferè quàm terna vtrinq. vigent inferioribus iam marcere collapsis. Inter hæc media vagina prodit in geminū folium, & illa mox hiatura, è quibus flos in breuissimo scapo emicat, Iridis colore & figura & eximia odoris suauitate. Tota herbæ altitudo pumila est, & sesquidodrantem illo in colle vix vnquam attingens. Duo habet genera, alterum suauiter purpureum, alterum candidum florem promit; quorum vterque liliij propemodum æquat magnitudinē, & folia herbæ liliij Iunonij folijs nō sunt angustiora.

*Iridis varia species.*

*Pax Iulia opidū Hispania describitur.*

*Iridis non  
bulbosa ge-  
nera.*

*Francorū li-  
lia in quo Iri-  
dis genere  
sint.*

*Europa &  
trium liliorū  
concordia.*

*Europa nota-  
tio.*

Et hæc quidē Iridis bulbosæ genera nobis hæctenus cognita, & has primū classes à Ioā-  
ne Bisoto altero Botanicorum principe in hortis suis & hortorum commētariis digesta.  
Idem nobis præiuit in Iride non bulbosa in formas suas diuidenda. In hoc genere alia  
magna, alia media, alia minima. Magnam vocamus eam quæ plebeis nostris hortis com-  
munis est, folia tria pendentia variis coloribus habens depicta, quorū pars supina caru-  
leo est, in medio suo dorso cilio. flauo bene denso insignis, pars inferior virescit: quorum  
colorū discrimine Iridem cælestē refert, & inde Vranij liliij nomē sibi sumpsit, quod aliis  
quoq. formis cōmunicauit. Meritō itaq. hæc magna vocatur, utpote in qua similitudi-  
nis, à qua nomen acceptū princeps causa est, atq. idcirco dum Iridem dicimus, hanc pot-  
tissimū intelligimus, & ab hac ratio pendet cur Spei symbolū liliū factū sit. Quam-  
obrem dum Elpidis nomen pro herba vsurpatur, hæc intelligenda est; & quia patientia  
spei proles per nomē Lelij siue Liliij denotatur, rationi consentaneū esset, ut dū liliū  
simpliciter dicimus, hanc Iridis speciem intelligeremus: quod cum scirent qui primū  
Francorum insignia pinxerunt, hanc liliij propriē dicti formam imitati sunt, non alterius  
quod ob solam similitudinē quandam exilem in nomenclaturæ venit communionē. Est  
& altera magna, purpureo colore magis rubēs, odore sambuci flores æmulata. Succedit  
Lusitanica nobis dicta à commigratione, quæ bifera est, & colorem habet ex caruleo &  
rubro mistum, odorem suauem vehementer spirans. Additur deinde Illyrica quædam à  
Pantio in Belgium missa, colorem præferens caruleū. Annumeratur & magnis quæ ad  
aquas crescit, luteum florem ostentans, cui radix rubens & insigniter adstringens, tantū  
abest, ut vel acorus sit, vel acoro substitui possit. Mediæ magnitudinis Iris duplex anno-  
tatur, altera foliis latioribus, altera foliis angustioribus. Minimarū alia carulea, alia lutea,  
alia alba, alia lineas violaceo inscriptas, alia non inscriptas habens. Iam & à Pantio ex Il-  
lyride transmissa duplex, & inde apud nos nomen sortita. Minima autē omnium foliis  
est oblongis angustissimis, flore caruleo citra cilium flauū. Hæc omnia genera tam bul-  
bosarum quàm non bulbosarum Ioannes Bisotus in orto suo Bruxellano, & Brantius  
Machliniæ excolūt; vnus folius hæctenus flore destituti, quam nos ad pontē Pacis Iuliz  
ipsa bruma florentē vidimus, qua apud nos omnia gelu constrieta & niuibus obruta de-  
litescunt. Non procul ab eodem loco, principio Ianuarij maximus ille Narcissus, vehe-  
menti odore cerebrū feriens, magna florū candidissimorū silua eminens è ponte intuen-  
tibus suauiter arridebat: quibus è floribus coniecturam facias, quàm clementes hiemes  
illa Hispaniæ ora sentiat. Iam ergo constat, non alias modò ob causas Iridem spei signū  
meritò haberi, sed ob eam quòd hic flos magna formarū varietate diffusus spem videat-  
ur ostēdere copiosam. Quamobrē conuenientissimū rationi, ut hoc symbolū eius arma  
insigniret, cui spes diuinitus confirmata fuisset, fore aliquando, ut eius posteritas insigni  
præ ceteris felicitate frueretur. Iapetus ergo qua ratione Francus fuit nuncupatus, eadē  
ratione spei signū sibi sumpsit, & illud quidē in vno scuto triplex pinxit, tum quo triplex  
spes, quæ duorū quoq. fratrum portiones pollicebatur, indicaretur, tum quo solida spei per-  
fectio ternario, quem modò explicauimus, intelligeretur cōtineri. Quamuis itaq. hæc per se  
fatis manifesta sunt, quia tamē nihil equè precipuū veritas habet, quàm quòd per omnia  
sibi ad amissim consentiat, nolo hic omittere pulcherrimā quædam vocis Europæ & trium  
liliorū concordiam. Neq. enim hæc cum Franci magis quàm cum Europæ nomencla-  
tura quadrare cernentur, si rectè quidem hæc de prima Ianigenarū siue Cimmericorum  
lingua examinetur. Habet Iris spei signū, & eius quidē firmæ & Dei iureiurando nixæ.  
Habet & Europæ vocabulū spei excellentiam cōpositione sua cōprehensam. Quis ergo  
non admiretur hanc nominis & symboli conuenientiā, si diligenter expēdat quid Iape-  
to fuerit promissum, & quid nomine eo, quo portio eius denotatur, sit expressum? Aliàs  
crebrò monui, non vnā Cimbricarū vocū rationē frequenter inueniri, sed eas sic non  
rarò cōponi, ut ex eisdem litteris aliud & aliud, ad rei significatæ proprietates spectans,  
intelligatur. In harum numero est *Europ*, à qua voce Græci & Latini Europæ nomen  
acceperunt. Primū enim sic pronuntiarī potest, ut magna & excellens hominum tur-  
ba significetur, quam Deus per Nochū Iapeto videtur polliceri. Quàm verò Iani poste-  
ritas præstantissimorum hominū numero semper abundarit & hæctenus abundet, nemi-  
nem, qui historiæ modò cōmunis & ad omnes diulgatæ nō sit imperitus, latere potest.  
At quoniam in Becceselanis hac de re scripsisse memini, hoc loco diutius in eadem non  
mora-

morabor; sed ad eam transibo notatione qua ad propositam nobis spei tesseram propius spectat. Ea ergo seruata pronuntiatione qua *Ἐὐρῶς* spem designat, idem erit *Εὐρώπ* quod excellens spes omnium eorum qua per *E* denotantur. Quam autem varia *E* designet, *Her-* *E. Cimbrica vocis varia significatio- nes.*  
*mathena* nostra tradit, qua omnia tamen eadem ratione vnionis comprehenduntur. Primum enim & ante omnia *E* vnum significat, ac deinde ea qua primum ab vno manare intelliguntur. Hinc igitur *E* pro iureiurando ponitur, quod sic cum vno est conuinctum, vt nullo modo queat diuelli. Omne enim iusurandum vni innititur, adeo vt ipsum vnum per seipsum iuret, atque nisi vni iuramenta omnia innitantur, iuramenta dici nec debent nec possunt; eo quod ad vnionem duorum vel plurium nequeant pertinere. Eo enim iuramus, vt alterum eiusdem nobiscum reddamus sententiae, eamque doceamus cum ipso vno, a quo Verum numquam separatur, conuenire. Hanc ergo notationem sequentes, *Εὐρώπ* sic interpretabimur, vt excellens iusurandi spes ac fiducia dicatur, qua proprie illius est, cui excellens promissio iureiurando est sancita. Quicquid autem Deus pollicetur, id ab ipso vno proficiscitur, & ipsi vni indiuidua societate semper vnitum est; atque idcirco veto iureiurando, quod per vnum fit, confirmatur. Inter cetera igitur Dei promissa illud primum merito locum sibi vindicat, quo recepit fore, vt caput serpētis a femine mulieris conculcaretur, qua via & ratione legitimo connubio hominum communitas cum sponso suo, quem reliquerat, rursus coniungeretur. Huius autem promissionis spes & fiducia vt ad omnes aequè homines atque ad Ianigenas spectat, ita quodam modo ad Europaeos magis quam ad ceteros spectat; propterea quod Deus prius voluerit populum suum electum & a Semo genus ducentem Ianigenis subiici quam magnum illud promissum expleretur. Adde quod sceptro a Semigenis electis ablato, & Chami filiis Ianigenarum imperio subiectis, mox religio in Europam sedem suam esset translatura: adeo vt spes haec omnium gentium communis, praecipuo tamen iure quodam ad eos pertineret, qui imperio eorum ad quos promissio spectaret, eo ipso tempore quo expleretur, essent potituri. Gaudeat ergo hoc suo nomine Europa, quo spes haec tam eximia denotatur; & annitatur omnibus viribus, vt honores sibi a Deo contributos perpetua possessione tueatur; nec committat, vt primaria Christianae religionis sedes aliò transferatur. Cum his insigniter conuenit oraculum illud a Virgilio de Ara Maxima ab Hercule Romae constituta commemoratum:

*Hanc aram Iuoco statuit, quae Maxima semper  
 Dicitur nobis, & erit quae Maxima semper.*

Herculis nomine Nochum frequenter accipiendum esse tum alibi, tum in Indoscythis tradidi. Quomodo verò & quando Nochus aram Maximam Romae erexit? Tum nempe, cum Iapeto hanc religionis sedem late inde sese per totum orbem sparsuram promissit. Et quia diuino instinctu monebatur, illic olim hanc promissionem completum iri, ipsemet vltimum sibi domicilium Latium delegit, hinc Iani filij sui praesentia, hinc promissi fiducia extremam suam senectam solaturus; cuius rei memoriam apud idoneos testes inuenies, si illud quidem ante cognoscas, Nochum a Cimmeriis Saturnum propter seminis excellentiam vocari solere. Si quisquam enim vnumquam variis honorum titulis, certè Nochus vel maximè fuit decorandus. Quamobrem vel ob hanc promissionem, factam illam quidem toti generi mortalium, sed tamen ad Ianigenas peculiari quodam modo pertinentem, vel ob alteram illam quam patris consecratio verbis a Spiritu sancto praeeunte conceptis exposita continebat, Iapeti portio Europa merito nuncupatur, id est, praestans quaedam iusurandi spes, siue excellentissima fiducia concepta de promissione a Deo, cuius verba iusurandi vim habent, Nocho inspirata.

Quod si Europam interpretemur iuxta significationem ipsius *Ε*; qua legitimum connubium denotat, excellens connubij spes erit, qua non est distincta a primae promissionis fiducia. Quoniam verò per connubium Deo vnimur, vnionis etiam spem Europa denotabit. Verum ante omnia haec vocula *Ε* ipsum vnum notat, è quo reliquae significationes analogica quadam consecutione dependent, atque hinc efficitur, vt Europae nomine excellens spes ad vnum tendens intelligatur, cirra quam nemo mortalium ad solidum gaudium potest peruenire. Hoc est nimirum illud vnum quod ipsa Veritas dixit esse necessarium, sententia breui illa quidem verborum contextu comprehensa, attamen omnes totius vitae rationes hac exigua colligens summa. Quamobrem inter cetera Ger-

mani

*Ara maxima  
 Roma a No-  
 cho constituta.*

*Nochus eius  
 sibi Latium  
 sedem sumpsit.*

*Nochus Sa-  
 turnus dictus  
 fuit.*

*Europa Iape-  
 ti portio.*

*Sperandarum  
rerum meta.*

mani Europæ hæredes perpetuò portionis suæ nomenclatura monentur, vt præ ceteris omnibus ingenti fiducia & firmissima spe ad ipsum Vnum ferantur, sciantque, non tantisperandam esse terræ possessionem ampliozem, quàm ipsum ipsius Vnius fructum sempiternum. Hic igitur summus rerum sperandarum apex est, hæc extrema omnis fiduciæ humanæ meta, ad quam priora illa tendunt; promissum nimirum iureiurando diuino firmatum, & verum connubium inde consecutum; quorum vtrumq. eadem vocula Cimmeriis denotatur. Vide quò nos Europæ nomen vocet, vide non aliud eo commoneri quàm illud ipsum quod Deus Marthæ respondit, vt nimirum non multis occupemur, verum ad vnum illud, quod solum necessarium est, magna spe feramur. Quando itaq. hæc spes tota cælestis est, & ad cælum rectà contendit, eo conuenientiissimè flore denotabitur, qui & ipse cælestes colores imitatur, & inde nomen sortitus est. Nunc itaque clarè cernimus qua de causa Iapetus & Franci nomen, & liliorum cælestium insignia accepit, eadem destinatam ei portionem Europæ nomenclatura indigetam fuisse. Miror si quis tam sensu omni careat, vt pulcherrimam hanc rerum & symbolorum consensionem non admiretur, & non magis admiretur sic linguam nostram cum sacris Mosis libris quadrare, vt inde videri possit vocum suarum rationes mutuari. Quis alius verè dici queat Francus quàm is quem Deus dilatat, & læta posteritatis luxurie propagat? Cuius potius Europa sit possessio quàm eius qui præstantissima vnionis atque ad eò ipsius vnus spe sese erigere & sustinere iussus est? Cui lilia cælestia cælestis spei signa conuenient, si non ei qui summa sperat bonorum? Omnis autem hæc spes, quam Deus præcipuam esse voluit Ianigenarum, promissione tabernaculorum Semi nititur. Quæ autem fuerint tabernacula Semi quæ Iapetus erat habitaturus, D. Paullus Romanis exponit, dum dicit, Israëlitas adoptione Dei filios fuisse ad gloriam destinatos, testamento facto hæredes legem & promissa & ipsum tandem Christum in carne accepisse. Hæc omnia in Semi erant tabernaculis, ad quæ, reiectis Iudæis propter incredulitatem, Ianigenæ sunt admissi. Quid ni ergo Iapeti portionem ab excellenti spe nuncupatam esse dicamus, & nuncupatam quidem Europam ab eo cui Dei spiritus futuram hanc dictabat felicitatem? His rebus cursim magis quàm pro mystica arcanorum latitudine in ipsis comprehensa explicatis, atque eò deductis, vt lilia Iapeti & communia posterorum omnium insignia videantur, reliquum est vt aperiam quid causæ fuerit, cur non omnes æquè Ianigenæ atque vna Cimmericorum pars ea in scutis suis pingèda curarit. Non opus est longo hinc orationis ductu, cum eadè quaestio de Francorum quoq. nomine in vna gente dumtaxat vsurpata queat moueri. Variæ nomenclaturis, quibus nationes & populi distinguuntur, olim causæ fuerunt, quarum præstantissimæ mihi semper visæ sunt, quæ res nobis cõmemoratu dignissimas ex vltima vsq. humani generis antiquitate repræsentarent. Quâuis igitur omnes Iapeti posterii ab vno Iapeto descenderent, non omnes tamè ab Iapeto nomè sibi ducere debuerunt, si vellet quidem vno nominum discrimine distingui, pro eo ac oportebat, & nominum ratio, quæ discernendi causa gentibus ceterisq. rebus induntur, postulabat. Alij igitur ab Iapeto, alij à propinquieribus parentibus, vt Cimmericij & Ascanij & infiniti alij nomina duxerunt; & rursus qui ab Iapeto, in vno Iapeto varias diuersorum nominum causas videntes, non paruum sibi inter se fecerunt distinctionem. Alij enim ab Iapeti gaudio, vt Iapyges primi Italiæ incolæ; alij ab eius perpetuo discursu, Ianigenæ; alij ab eius sapientia, Sacæ; alij à sacrificiis ab Iapeto ad suam & suorum custodiam frequentatis, Thufci; & iidem ab eximia in eo veritatis contemplatione, Hetrusci; quæ nomina ob indiuiduam rerum societatem eidem genti contributa. Alij Gallorum sibi nomè sumpserunt ex eo quòd Iapetus cum ceteris semper omnibus, tū Deo maximè ac patri studuerit placere. Et ne prolixi simus, cum alij ab aliis dotibus in eodem parète illustribus nomina duxerint, Franci à lata palmitum propagatione Iapeto promissa, vt ante docuimus, sunt nuncupati. Quod cum ita sit, æquum fuit, vt ea sibi sumerent insignia quæ eidem nomini significandi potestate responderent: non illa quidem quasi sibi iure quopiam præcipua, sed quòd ipsi sicut nomine, ita insignibus omnes commonefacerent, eam omnibus fortiter spem concipiendam esse quæ diuino iureiurando fundata nos omnes in domum Semi, id est in regnum Semi posteris singulari prærogatiua diuinitus promissum atq. concessum, deduceret; ac cali & ipsius Vnius faceret hæredes, quòd tota cõtractatio Iapeto facta referatur necesse est. Nam illud quod adiectum est, *Chanaan erit seruus eius*, vt à vulgo cognitam sub imperio alterius seruitutem

*Liliorum insignia cur  
Franci potius  
quàm reliqui  
Ianigenæ  
sumpserint.*

*Iapeti posterorum varia  
nomenclatura.*

uitutem relatū veritatem suam tuetur, ita si altiūs examinēs, miros Ianigenis thesauros pollicetur, quos ex impiorum manibus raptos in sanctos vsus sint conuerfuri. Sed de hoc alibi opportuniūs. Posthac itaq. non agrè feramus, lilia ab vna gente vsurpari, cū non sic vsurpētur quōd propria eorum intelligantur, sed quōd proprium hoc ipsis à maioribus officium datum fuerit, vt quemadmodū nomine, ita insignibus omnes eius spei memores redderent, qua Iapetus à Deo erectus est ad illius regni possessionē expectandā quod Semi posteris fuerat priūs additum. Hæc autem spes tanto fuit excellentior quā spes Semi, quanto ipsa cum Deo Vnio sempiterna vnioni ad aliquot dumtaxat sæcula duraturæ, ac deinde fœdo diuortio dissoluēdæ, qualis fuit Iudaicæ gentis, antecellit. Qua de causa hæc regni æterni possessio per Christū ad Iapeti posteros transferenda optima cōpositionis ratione *E-De-Hop*, & contractis duabus primis vocalibus in diphthongum, additaque terminatione Latinorum, Europa nuncupatur. quæ vox terræ portioni, Iano in tripartita illa totius orbis diuisione à patre tributæ, conuenit illa quidem, at non tam sui quā eius hæreditatis consideratione, quæ de sempiterno Dei coniugio sperabatur. Quamuis enim Europæ nomen tertiæ terræ portioni Romani imperij ratione rectè tributatur, infinito tamen rectiūs ob illius regni spem quod in Dei cōnubio & vnione consistens à Iudaica gente ad Europæos singulari quadam principatus prærogatiua translatum est, & hætenus à mille quingentis & eo amplius annis possidetur. Gaudeant itaque Franci tum nomine suo, tum insignibus nominis vim & notionē eximia tessera exprimentibus: sed sic gaudeant, vt non obliuiscantur, spem hanc communem esse omnium Ianigenarū, nec magis ad sese quā ceteros pertinere, tametsi ex eorum ordinatione qui nomen & insignia dederunt ipsorum partes sint, vt ceteris hominibus omnibus certissimam regni cœlestis propagandi spem præferant, & perpetuo & nominis & liliorum monumento promissionis Iapeto factæ memoriā refricent atq. conseruent. Quod si hæc bene ac diligenter, pro eo ac deberent, Franci expenderent & ruminarent, non possent non permoueri atq. vehementer incitari, vt ceteris Christianis ad religionem latiūs propagandam sese præberent antesignanos, quales se esse debere & nomine & insignibus profitentur. Vt bene Christianissimi cognomen cum Franci nomine & liliorum insignibus conuenit, ac diuino quodam instinctu inditum videtur, ita & eos qui hæc symbola & nomina à maioribus acceperunt pudere deberet, nos non modò Asiæ & Africæ possessione depulso esse, sed optimam etiam Europæ partem amisisse. Sed quia huc merum series deduxit, vbi quicquid veri dici potest conuitij loco haberetur, satius est calammum cohibere quā mordaci veritatis aceto tenellas purpuratorum aures radendo odium accersere, & eos irritare crabrones qui voces sibi molestas frequenter per incisum iugulum cogunt redire. Pudeat, pudeat nos Francorum nominis, cū illis includimur angustiis, vt non modò palmites nostros in aliorum fines extendere non possimus, sed nostris etiam terminis excludamur, videamusq. Turcam in ipsa Europa imperij sui sedem collocasse, vel Francorū nomen & amplæ spei signa deponantur, vel quæ vsurpant tales se in Christiana religione propaganda præbeant, quales de titulis suis volunt videri. Verū & hæc & his affinia Satyras magis quā antiquitatum commentarios debent; quæ si Iuuenalis quisquam vel eminus per transennam videat, mox exclamet: *Vltra Sauromatas fugere hinc lubet & Garamantes*. Nos potiūs fausto omine Francica nostra claudamus, & quæ bonis auspiciis cœpta sunt, ea feliciore exitu coronemus. De di modò aliquot numismata, quibus ostendi & lilio spem denotari, & lilij formam non cum Iunonio flore, sed cum Iride cōuenire: nunc addam corollarij loco nummum longè elegantissimum qui non clarissimam tantūm cœlestis lilij effigiem excusam, sed insignem etiam continet exhortationem, vt magna fiducia Orientem inuadamus, si modò quæ alij ad hunc finem proposita sunt reip. Christianæ applicemus.

Hoc corollarium desideratum.

FINIS.



LIBR. III.  
LIBR. III.  
LIBR. III.

*Iob. Goropij, pie memoria, Hispanica, Francica, Gallica,  
Vertumnus, Hermathena, & Hieroglyphica, eiusdem sunt  
eruditionis cum iis operibus qua viuus edidit. Nec quicquam in  
his libris à me, aut ab aliis est animaduersum quod fidem aut  
morum integritatem lædat. 21. Sextilis, 74.*

**Ioh. Molanus, Apostolicus  
& Regius censor.**

LIBR. III.  
LIBR. III.  
LIBR. III.